COMMENTARIVS

DOTALIS

COMMENTARIVS DOTALIS

AD

ENODATIONEM. §. FVERAT. INSTIT. DE ACTIONIBVS.

VBI

De Dotis Quidditate, Quotuplicitate, & Priuilegijs antè matrimonium, constante matrimonio, & post solutum matrimonium agitur.

AVTHORE

ANELLO DE PHILIPPO

V.I.D. NEAPOLITANO,

Ac in Patria Academia Matutini Iuris Cœsarei Primario Professore.

OPVS

Omnibus tàm in Scholis Profitentibus, quàm in foro versantibus vtile.

CVI

ACCESSIT RERVM OMNIVM INDEX COPIOSISSIMVS.

NEAPOLI, Typis Hæredum Caualli. 1661.

Superiorum permissu.

A.

ILLVSTRISS. DOMINO

D. FOELIX DE VLLOA

SVPREMI ORDINIS A' LATERE Consiliario, ac Regenti Regiam Cancellariam meritissimo.

ANELLVS DE PHILIPPO. F. P.

SOLEBANT olim Cultores Agrorum, qui pij memoresq; videri studebant ex his ipsis, quæ sibi credebant ex benignitate numinum prouenisse, singulorum munificentiam agnoscere, veluti spiceam Coronam offerentes Cere-

Cereri, Pampineam Baccho, Herculi Populeam, existimantes earum rerum vberiorem fore prouentum, si bonorum Authorem aliquo munusculo demeruissent. Hoc si gentium fecit superstitiosa religio, quantò magis ęquum est, vt nos, qui colimus agros legales Melioris annone feraces tibi Christianæ Iuris Prudentiæ numini, cuius fauore simul, ac animi nobilitate, fouentur, aluntur, & ornantur honestissimarum studia litterarum ex ipsis studijs, quibus per te fruimur, aliquod gratę voluntatis indicium dare studeamus, hanc igitur sapientissimo nomine corollam ex legum floribus contestam, quàm publico studiosorum nomine deferimus, serena fronte dignaberis accipere, Vitam tuam prosperent Astra.

Eminentiss. & Reuerendiss. Dñe.

LIbrum hunc, cui Titulus, Commentarius Dotalis, Authore Anello de Philippo Iuris prudentiæ splendidissimo lumine, ætatis huiusce nostræ decore; & in almo Neapolitano Gymnasio matutini Iuris Cœsarei primario Professore, summa animi voluptate perlegens, nihil ab Orthodoxa fide, bonisuè moribus dissonum, omnia verò admiratione digna, & legentium vtilitate referta, inueni. Opus sanè suo Authore dignum, vbi ille in enucleandis materiæ Dotalis difficultatibus, ingenij dotem quò strictiùs, eò vberiùs præ se tulit. Prodeat igitur in lucem, meritumq; excipiat plausum. Ità censeo, si E.V.R. videbitur, quem Deus ter O.M. seruet ex omni parte beatum. Datum Neapoli die vigesima Nouembris, 1660.

Franciscus Antonius Curtius V.I.D. Proth. Apost. Deput.

IMPRIMATVR.

P. Garbinatus Vic. Gen.

Can. D. Matthæus Renzi S.T.D. & S.Off.C.

Illustriss. & Excellentiss. Dñe.

Legi, ac perlegi ex præscripto Exc. V. Librum, cuius Titulus est, Commentarius Dotalis ad §. Fuerat. Institut. de Actionibus, quem non minus Iuris subtilitate penitius indagata, quàm praxi iuxtà, & luculenter obseruata, in lucem edit Anellus de Philippo V.I.D. primum Glossarum, & Bartholi, nùnc verò Cæsarei Iuris Primarius matutinus in publicis Neapolitanis Gymnasijs Antecessor, quippè qui, adeò Soluto Matrimonio, quemadmodum Dos petatur, ac propter publicum bonum conseruetur, soluta explanat Iurisconsultorum responsa rerumq; iudicatarum authoritates, vt huic vni; quidquid Dotalis causa iuris, & vtilitatis sperare vnquàm potuerit, facilè debeat: Debent & nostri Iuris Digestorum volumina, ex quibus, Infortiatum, pletisq; quasi Infortunatum dictitatum Fortunati nomen hodiè adipiscitur, vbi ex Philippo, Commentarius iste Alexander acris eximijq; ingenij filius prodit, quo Gordij inextricabilis Nodus Dotalis dissoluitur. Typis igitur mandari ad omnium profectum posse, ac deberi, si Exc. V. videbitur, reor censeoq; nil omninò contrà Regiam Iurisdictionem, multa verò Reip. vtilia, continens. Hoc meum votum. 4. nonas Iunij. M. DC. LXI.

Excellentiæ Vestræ.

Deditissimus seruus. *D. Iosephus Pulcharellus.*

Visa supradicta Relatione, IMPRIMATVR, & in publicatione seruetur Regia Pragmatica.

Galeota R. Muscettula R. Vlloa *R.*
Carrillus R. Nauarra R.

Prouisum per S.E. Neap. die 3. Iunij. 1661.
Anastasius.

ANEL.

ANELLI DE PHILIPPO
IN NEAPOLITANA ACADEMIA MATVTINI IVRIS COESAREI Profeſſoris Primarij.

REPETITIO AD TEXT. IN S. FVERAT. INSTITVT. DE ACTIONIB.

Rerum ſumma.

1 *Mulieris malitia recenſetur.*
2 *Mulier vna viro propinauit mortem, altera verò vitam.*
3 *Mulier non debet viri ſeruituti ſubijci, cum ſit vna caro cum illo.*
4 *Mulier & ſi decipiat, poterit etiam ipſa decipi.*
5 *Vxoris conſilio principes aliqui vſi fuerunt.*
6 *Mulieris præcipuum munus eſt concipere, & conceptũ tueri.*
7 *Iuſtinianus mulierum fauore tot dotibus prærogatiuas cõceſſit.*
8 *Text. in S. Fuerat partitio.*

1 LEpidã quanto ſtudio Vates in mulierẽ inuecti fuerint, non nemo ignorat, adeò, vt cunctorũ ſcelerũ artificẽ eã appellitarit *Tragædiographus Seneca in Hippolyto*, quibus adſtipulans concinit Ioan. ſecundus,

Quæ mala ſint hominum, rebus tria maxima, ſcire
Quæris, habe paucis, fæmina, flamma, fretum.

eius proindè maleficia, ſi quis pernoſcere velit, primæ parentis perniciẽ, ob quam genus omne periJt humanum, præ oculis ſatis ſuperque ſibi erit habere;
2 at qui viro propinauit mu-

lier mortem, eidemque viro nunciauit quoq; mulier
3 vitam. *Gregor. in Regist.* nec fiet indè, vt videretur ad seruitutem ea subijciēda, cum vna caro, vnaq; anima sit cum viro, cuius idcircò ex costa, non autem ex pede fuisse illam editā, inquiunt *Magist. sent. lib. 2. dist. 18. D. Th. 1. p. sum. q. 92 art. 3. Nicol. de Lyr. sup. Genes. cap. 2.* & alios refert *Tiraquell. ad l. Connubiales,*
4 *l. 8. nu. 12.* Neq; ex alio respuetur, quod nimirùm sexum habeat ad decipiendum, ex *D. Ambros. ser. 44.* cum eandem facilè decipi posse cōstet ex Peripateticorū, Arabūq; Medicorum Principibus *Arist. & Auicē. in initijs ad lib. 9. de animal. & Sulmonensis Poëta in epist. Phillid. ad Demophoon.* cecinit,

Fallere credentem non est operosa puellam
Gloria, simplicitas digna fauore fuit.

5 Quinimò vxoris principes nonnulli summum habuere consiliū, hinc Mennon Syriæ Præfectus Semiramidis consilium vbiq; prę stabiliùs cēsuit, ex *Diodor. lib. 3. cap. 2.* Cyrus illud Aspasiæ, ex *Ælian. de var. histo. lib. 12.* Augustus Liuiæ, ex *Senec. in 1. lib* quem de clementia ad Neronem scripsit *cap. 9.* & Iustinianus Theodorę, *auth. vt Iudices sine quoquo suffragio, §. Hac autem,* vbi *gl.* latè *Tiraq.* vbi
6 sup. *l. 10. n. 1.* quibus est addēdū pręcipuum ei munus naturam concessisse, quod est cōcipiendi, conceptūq; tuendi, *l. quaritur 14. §. 1. ff. de edilit. edict.* vndè propter liberos ambitiosa fit, ac magistratus, & imperia gerit. *Senec.* vbi *Lipsius in lib. de consolat. ad Heluiam cap. 14.* & dixit *Claudian. in Eu.*

Nascitur ad fructū mulier prolemque futuram.

7 Suasus ergò ex his Iustinianus tot prærogatiuas dotibus ipsarum mulierū gratia concessit, vt patet ex *l. vnic.*

vnic.C. de rei vx.act.l. assiduis 12.C. *qui potiori in pign.*ex *tit.auth.vt exact. instan. dot.*& modò in hoc §. *Fuerat*, quem ipse Superis annuentibus nouo dilucidabo ordine, dum primum quadripartitum textum, eiusq; verba ostendam, deindè illius examen aggrediens præludia quædã necessariò supponẽda in medium afferã, postremò singulas eius partes, vnà cũ suis notabilibus, illationibus, & quæstionib. subijciã.

8 Text. quadripartiti verba.

PARS I.

Fuerat antea, & rei vxoriæ actio vna ex bonæ fidei iudicijs, sed cum pleniorem esse ex stipulatu actionem inuenientes, omne ius, quod res vxoria antè habebat, cum multis diuisionibus in actionẽ ex stipulatu (quæ de dotibus exigẽdis præponitur) transtulimus: meritò rei vxoriæ actione sublata ex stipulatu, quæ pro ea introducta est, naturam bonæ fidei iudicij tantùm in exactione dotis meruit, vt bonæ fidei sit.

PARS II.

Sed & tacitam ei dedimus hypothecam.

PARS III.

Præferri autem alijs creditorib. in hypothecis tunc cẽsuimus, cum ipsa mulier de dote sua experiatur.

PARS IV.

Cuius solius prouidentia hoc induximus.

Rerum summa.

1 *Paraphernalia bona, quæ propriè sint, & cur sic dicta?*

2 *Extrà dotalia, vel receptitia bona, quæ nam sint.*

3 *Maritus in paraphernalibus sine alio vxoris mãdato admittitur, at in simpliciter extrà dotalibus, & si vxor possit sine viro agere, non tamẽ maritus absq; vxore.*

4 *Fructus rerum paraphernalium cuius lucro cedant mariti, an autem uxoris?*

5 *Maritus, qui res dotales uxoris administrauit, debet illius administrationis rationes reddere.*

6 *Fructus paraphernalium extantes sunt mulieri restituendi, nec fiant mariti.*

7 *Bonæ fidei possessor etiam tenetur fructus extantes reddere per rei vindicationem.*

8 *Bonæ fidei possessor si per triennium fructus extãtes possederit, nõ tenebitur illos restituere, sed per usucapionem fecit suos.*

9 *Fructus paraphernalium percepti contrà volũtatem uxoris debebunt illi à marito restitui.*

10 *Fructus industriales consũpti volente uxore in partem fiũt mariti.*

11 *Fructus naturales consumpti volente uxore debent illi à marito restitui, quatenus ipse maritus est effectus locupletior.*

12 *Mulier numquid in dubio fructus rerum paraphernaliũ censeatur marito concedere voluisse?*

13 *Mulier non prohibens viro administrationem rerum paraphernalium, nec contradicens censetur earum fructus viro concedere voluisse, & sibi praiudicasse, sed hoc quomodò procedas? vide nu. 16.*

14 *Mulier transit in potestatem viri, sed hoc an sit Romanorum iure verum, nu. 17.*

15 *Præsumptiones multæ sũt in dubio, ex quibus colligitur noluisse mulierem fructus paraphernalium viro concedere.*

18 *Mulier habet antephatum, quod appellatur dotalitium, vel dotarium, siuè dotis augmentum, & aliis nominibus.*

19 *Mulier habet arrediũ, quod de consuetudine datur in pãnis lineis.*

20 *Corredij bona sunt restituẽda talia qualia soluto matrimonio reperiuntur.*

Præ-

PRÆLVDIVM PRIMVM.

De Mulieris bonis.

CVM textus mox superiùs adductus ex eo nimis vtilis, & necessarius sit, quod de dote verba faciat, eundem attinentibus dotare contextū præludijs nō nihil congruum erit, idcircò eorum primū consistet in peragendo de multiplici muliebriū bo-
1 norum acceptione, & quidem sunt primò mulieri bona extrà dotalia, quorū si ipsa cōcedat administrationē marito, vel expresse, vel tacitè, bona prædicta propriè dicūtur paraphernalia, vt in *l. hac lege 8. l. fin. C. de pact. conuent. l. si ego 9. §. dotis ff. de iure dot. §. si verò quasdā*, iūcta *gl. auth. de exhib. reis*, & de his loquitur *Ioan. de Imol. cons. 82. in fin.* sic dicta à para, idest præter, & pherna, .i. dos, quasi bona data præter dotem. *Azo in sum. C. de iure dot. in princ. Guid. Pap. decis. 468. n. 16.* vbi *Ferrer. in addit. Chassan. in consuet. Burgund. rub. 4. §. 24 gl. hereditagia, nu. 3.* & *Tiraq. ad l. connubiales, gl. 9. in princip.*

2 Sin verò præfata bona omnimodè mulier segregata habeat à viro per se illa administrando sinè mariti ministerio, vt sunt, quę sibi post cōtractum matrimoniū ex delata successione sinè aliter obuenerunt, & hæc propriè dicuntur extrà dotalia, vel citiùs receptitia, de quib. in *l. maritus 21. C. de procurator.* cum ibi notat. *Francisc. de Aret. cons. 160. Aul. Gell. noct. Attic. lib. 17. cap. 6 Cuiac. ad tit. 6. Vlpian. Connan. lib. 8. cap. 8. Tiraquell. vbi supr.* & id *Guid. Pap. loc. cit. nu. 17.* quę omnia colliguntur ex *gl. in d. l. fin. C. de pact. conuent. Menoch. de præsumpt. lib. 3.*

pre-

ILLVSTRISS. DOMINO

D. FOELIX DE VLLOA

SVPREMI ORDINIS A' LATERE Consiliario, ac Regenti Regiam Cancellariam meritissimo.

ANELLVS DE PHILIPPO. F. P.

SOLEBANT olim Cultores Agrorum, qui pij memoresq; videri studebant ex his ipsis, quæ sibi credebant ex benignitate numinum prouenisse, singulorum munificentiam agnoscere, veluti spiceam Coronam offerentes

Cere-

Cereri, Pampineam Baccho, Herculi Populeam, existimantes earum rerum vberiorem fore prouentum, si bonorum Authorem aliquo munusculo demeruissent. Hoc si gentium fecit superstitiosa religio, quantò magis ęquum est, vt nos, qui colimus agros legales Melioris annone feraces tibi Christianæ Iuris Prudentiæ numini, cuius fauore simul, ac animi nobilitate, fouentur, aluntur, & ornantur honestissimarum studia litterarum ex ipsis studijs, quibus per te fruimur, aliquod gratę voluntatis indicium dare studeamus, hanc igitur sapientissimo nomine corollam ex legum floribus contestam, quàm publico studiosorum nomine deferimus, serena fronte dignaberis accipere, Vitam tuam prosperent Astra.

Eminentiss. & Reuerendiss. Dñe.

LIbrum hunc, cui Titulus, Commentarius Dotalis, Authore Anello de Philippo Iuris prudentiæ splendidissimo lumine, ætatis huiusce nostræ decore; & in almo Neapolitano Gymnasio matutini Iuris Cœsarei primario Professore, summa animi voluptate perlegens, nihil ab Orthodoxa fide, bonisuè moribus dissonum, omnia verò admiratione digna, & legentium vtilitate referta, inueni. Opus sanè suo Authore dignum, vbi ille in enucleandis materiæ Dotalis difficultatibus, ingenij dotem quò strictiùs, eò vberiùs præ se tulit. Prodeat igitur in lucem, meritumq; excipiat plausum. Ità censeo, si E.V.R. videbitur, quem Deus ter O.M. seruet ex omni parte beatum. Datum Neapoli die vigesima Nouembris. 1660.

Franciscus Antonius Curtius V.I.D. Proth. Apost. Deput.

IMPRIMATVR.

P. Garbinatus Vic. Gen.

Can. D. Matthæus Renzi S.T.D. & S.Off.C.

Illustriss. & Excellentiss. Dñe.

LEgi, ac perlegi ex præscripto Exc. V. Librum, cuius Titulus est, Commentarius Dotalis ad §. Fuerat. Institut. de Actionibus, quem non minus Iuris subtilitate penitius indagata, quàm praxi iuxtà, & luculenter obseruata, in lucem edit Anellus de Philippo V.I.D. primum Glossarum, & Bartholi, nùnc verò Cęsarei Iuris Primarius matutinus in publicis Neapolitanis Gymnasijs Antecessor, quippè qui, adeò Soluto Matrimonio, quemadmodum Dos petatur, ac propter publicum bonum conseruetur, soluta explanat Iurisconsultorum responsa rerumq; iudicatarum authoritates, vt huic vni; quidquid Dotalis causa iuris, & vtilitatis sperare vnquam potuerit, facilè debeat: Debent & nostri Iuris Digestorum volumina, ex quibus, Infortiatum, plerisq; quasi Infortunatum dictitatum Fortunati nomen hodiè adipiscitur, vbi ex Philippo, Commentarius iste Alexander acris eximijq; ingenij filius prodit, quo Gordij inextricabilis Nodus Dotalis dissoluitur. Typis igitur mandari ad omnium profectum posse, ac deberi, si Exc. V. videbitur, reor censeoq; nil omninò contrà Regiam Iurisdictionem, multa verò Reip. vtilia, continens. Hoc meum votum. 4. nonas Iunij. M. DC. LXI.

Excellentiæ Vestræ.

Deditissimus seruus. *D. Iosephus Pulchavellus.*

Visa supradicta Relatione, IMPRIMATVR, & in publicatione seruetur Regia Pragmatica.

Galeota R. Muscettula R. Vlloa *R.*
Carrillus R. Nauarra R.

Prouisum per S.E. Neap. die 3. Iunij. *1661.*

Anastasius.

ANEL-

ANELLI DE PHILIPPO
IN NEAPOLITANA ACADEMIA MATVTINI IVRIS COESAREI Professoris Primarij.

REPETITIO AD TEXT. IN S. FVERAT. INSTITVT. DE ACTIONIB.

Rerum summa.

1 *Mulieris malitia recensetur.*
2 *Mulier vna viro propinauit mortem, altera verò vitam.*
3 *Mulier non debet viri serui- tuti subijci, cum sit vna caro cum illo.*
4 *Mulier & si decipiat, poterit etiam ipsa decipi.*
5 *Vxoris consilio principes ali- qui vsi fuerunt.*
6 *Mulieris pracipuum munus est concipere, & conceptū tueri.*
7 *Iustinianus mulierum fauore tot dotibus prarogatiuas cō- cessit.*
8 *Text. in S. Fuerat partitio.*

1 LEpidā quanto studio Vates in mulierē inuecti fuerint, [illegible] nemo ignorat, adeò, vt cunctorū scelerū artificē eā appellitarit *Tragœdiographus Seneca in Hippolyto*, quibus adstipulans concinit Ioan. secundus,

Quæ mala sint hominum, rebus tria maxima, scire
Quaris, habe paucis, fœmina, flamma, fretum.

eius proindè maleficia, si quis pernoscere velit, primæ parentis perniciē, ob quam genus omne perijt humanum, præ oculis satis superque sibi erit habere; 2 at qui viro propinauit mu-

lier mortem, eidemque vi-
ro nunciauit quoq; mulier
3 vitam. *Gregor. in Regist.* nec
fiet indè, vt videretur ad
seruitutem ea subijcieda,
cum vna caro, vnaq; ani-
ma sit cum viro, cuius id-
circò ex costa, non autem
ex pede fuisse illam editã,
inquiunt *Magist. sent. lib. 2.*
dist. 18. D. Th. 1. p. sum. q. 92
art. 3. Nicol. de Lyr. sup. Ge-
nes. cap. 2. & alios refert
Tiraquell. ad l. Connubiales,
4 *l. 8. nu. 12.* Neq; ex alio res-
puetur, quod nimirùm se-
xum habeat ad decipien-
dum, ex *D. Ambros. ser. 44.*
cum eandem facilè decipi
posse cõstet ex Peripateti-
corũ, Arabũq; Medicorum
Principibus *Arist. & Auicẽ.*
in initijs ad lib. 9. de animal.
& Sulmonensis Poeta in epist.
Philld. ad Demophoon. ceci-
nit,

Fallere credentem non est operosa puellam
Gloria, simplicitas digna fauore fuit.

5 Quinimò vxoris principes
nonnulli summum habue-
re consiliũ, hinc Mennon
Syriæ Præfectus Semira-
midis consilium vbiq; prę-
stabilius censuit, ex *Diodor.*
lib. 3. cap. 2. Cyrus illud A-
spasiæ, ex *Ælian. de var. hi-*
sto. lib. 12. Augustus Liuiæ,
ex *Senec. in 1. lib* quem de
clementia ad Neronem
scripsit *cap. 9.* & Iustinianus
Theodorę, *auth. vt Iudices*
sine quoquo suffragio, §. Hæc
autem, vbi *gl.* latè *Tiraq.* vbi
6 sup. *l. 10. n. 1.* quibus est ad-
dẽdũ pręcipuum ei munus
naturam concessisse, quod
est cõcipiendi, conceptũq;
tuendi, *l. quæritur 14. §. 1. ff.*
de edilit. edict. vndè propter
liberos ambitiosa sit, ac
magistratus, & imperia ge-
rit. *Senec.* vbi *Lipsius in lib.*
de consolat. ad Heluiam cap.
14. & dixit *Claudian. in Eu.*

Nascitur ad fructũ mulier prolemque futuram.

7 Suasus ergò ex his Iustinia-
nus tot prærogatiuas do-
tibus ipsarum mulierũ gra-
tia concessit, vt patet ex *l.*
vnic.

vnic.C. de rei vx.act.l. assiduis 12.C. *qui potiori in pign.*ex *tit.auth.vt exact. instan. dot.*& modò in hoc §. *Fuerat*, quem ipse Superis annuentibus nouo dilucidabo ordine, dum primum quadripartitum textum, eiusq; verba ostendam, deindè illius examen aggrediens præludia quædā necessariò supponēda in medium afferā, postremò singulas eius partes, vnà cū suis notabilibus, illationibus, & quæstionib. subijciā.

8 Text. quadripartiti verba.

PARS I.

Fuerat antea, & rei vxoria actio vna ex bona fidei iudicijs, sed cum pleniorem esse ex stipulatu actionem inuenientes, omne ius, quod res vxoria antè habebat, cum multis diuisionibus in actionē ex stipulatu (qua de dotibus exigēdis praponitur) transtulimus: meritò rei vxoria actione sublata ex stipulatu, qua pro ea introducta est, naturam bona fidei iudicij tantùm in exactione dotis meruit, vt bona fidei sit.

PARS II.

Sed & tacitam ei dedimus hypothecam.

PARS III.

Praferri autem alijs creditorib. in hypothecis tunc cēsuimus, cum ipsa mulier de dote sua experiatur.

PARS IV.

Cuius solius prouidentia hoc induximus.

Rerum summa.

1 *Paraphernalia bona, qua propriè sint, & cur sic dicta?*

2 *Extrà dotalia, vel receptitia bona, qua nam sint.*

3 *Maritus in paraphernalibus sine alio vxoris mādato admittitur, at in simpliciter extrà dotalibus, & si vxor possit sine viro agere, non tamē maritus absq; vxore.*

PRÆLVDIVM PRIMVM.

De Mulieris bonis.

CVM textus mox superiùs adductus ex eo nimis vtilis, & necessarius sit, quod de dote verba faciat, eundem attinentibus dotare contextū præludijs nō nihil congruum erit, idcircò eorum primū consistet in peragendo de multiplici muliebriū bo-
1 norum acceptione, & quidem sunt primò mulieri bona extrà dotalia, quorū si ipsa cōcedat administrationē marito, vel expressè, vel tacitè, bona prædicta propriè dicūtur paraphernalia, vt in *l. hac lege* 8. *l. fin. C. de pact. conuent. l. si ego 9. §. dotis ff. de iure dot. §. si verò quasdā*, iūcta *gl. auth. de exhib. reis*, & de his loquitur *Ioan. de Imol. cons.* 82. *in fin.* sic dicta à para, idest prærer, & pherna, .i. dos, quasi bona data præter dotem. *Azo. in sum. C. de iure dot. in princ. Guid. Pap. decis.* 468. *n.* 16. vbi *Ferrer. in addit. Chassan. in consuet. Burgund. rub.* 4. §. 24 *gl. hereditagia, nu.* 3. & *Tiraq. ad l. connubiales, gl. 9. in princip.*

2 Sin verò prefata bona omnimodè mulier segregata habeat à viro per se illa administrando sinè mariti ministerio, vt sunt, quę sibi post cōtractum matrimoniū ex delata successione sinè aliter obuenerunt, & hæc propriè dicuntur extrà dotalia, vel citiùs receptitia, de quib. in *l. maritus* 21. *C. de procurator.* cum ibi notat. *Francisc. de Aret. cons.* 160. *Aul. Gell. noct. Attic. lib.* 17. *cap.* 6 *Cuiac. ad tit.* 6. *Vlpian. Connan. lib. 8. cap.* 8. *Tiraquell. vbi supr.* & id *Guid. Pap. loc. cit. nu.* 17. quę omnia colliguntur ex *gl. in d. l. fin. C. de pact. conuent. Menoch. de præsumpt. lib.* 3.

præ-

præsump.8.n.1.Camill.Borrel.cons.56.nu.49.Surd. cōs. 290.*Barbos.in l.1.p.1.n.* 28. *ff.solut.matr.Hierō. de Laurent. decis.Rot. Auenionens.* 18.*n.*2.*Ant.Gomez in l.* 50. *Tauri n.*20.& *Fontanell. de pact.nuptial.claus.6.gl.2.p.*5
3 *n.*3.*& seq.* hinc inter ea discrimē est, quod vbi paraphernalium administratio marito cōceditur, poterit ille sinè alio vxoris mandato ad ea agere, *d.l.fin. C. de pact.conuent.* verū si retineantur sub administratione, dominioque vxoris, nequibit absq; illius mandato maritus admitti, *d. l. maritus*, idem *Fontanell.vbi sup.nu.* 10. & si possit vxor absq; viri consensu in eis contrahere, ità ex *Bald.in l. si velles, C.de reuocand.donat. Ias.in d.l.maritus, Osasc.decis.*62.*nu.*14.
4 De fructibus verò earundē rerum paraphernaliū, vel extrà dotalium ingēs erat inter nostrates altercatio, numquid mariti lucro debeant cedere, an autem ad vxorem dominam semper ità pertineant, vt vel mulieri, vel eius hæredibus maritus eosdē fructus restituere teneatur?

Quorū triplex extat opinio, cū prior muliebrib. allecta illecebris *p* tuto haberet eos fructus, q absq; hōis facto, vel annuo labore sīpliciter nāles appellitantur, vxoris lucro cedere, & proindè virū ad restitutionē teneri, at fructus industriales vtriq; coniugi cōmunes esse, ità *Cyn.Odofred.& Io.Fab.in d.l.fin.C. de pact.conuent.*

5 Hoc deducebant ex *l. pen. ff.ad l.falcid.* vbi *Scæuola* loquebatur de marito, qui vxoris res extrà dotē constitutas administrauit, respondens, quod illius administrationis rōes redderet, ibi, *Respōdit id, quod debuisset hæreditati in rationē venire debere*, quod verbū rationes reddi, comprehēdit etiā reliquorū restitutionem.

Sa-

Sanè isthæc opinio fundamento sublato corruit, respõderi enim põt ad *tex. in d.l.pen.* illũ intelligi de eo, quod penès maritũ erat pertinente ad bonorũ ipsam substãtiam, & principalem sortem rerũ extrà dotalium, non autem de fructibus, & vsuris.

Altera *Alberici de rosat.in d.l.fin.C.de.pact. conu.* opinio in ea videbatur residere distinctione, quod vel huiusmodi fructus extabant, siuè cõsumpti fuere à marito contrà vxoris voluntatem, & tunc vel ipsi fructus extantes, vel consumptorum æstimatio restitui debebunt vxori, *arg. tex.in l.si stipulata 33. §. 1. ff.de donat.inter vir. & vx. l.de his 17.C.cit.tit.l.aduersus 4.C.de crim. expil. hæredit.* vel erant fructus consumpti, sed percepti vxore volente; & eo casu maritus ad fructuum restitutionem nullatenus adstringitur, nisi qñs locupletior sit effect⁹, *d.l.de his* 17

Verùm manca ex eo distĩctio ista existit, quia nullum inter fructus naturales, & industriales discrimen ponit, qui tamen discriminatim se habent, vt infrà probabo, quarè.

Ex his tribus sententijs mihi nouo, ceù Paridi adridet, qualis formosa Venus, *Bart.* plenior illa distinctio in *d.l pen ff.ad l falcid.n.* 2. eãq; sequuti fuere *Iacobin. in l. dotis fructus, ff. de iure dot. Lara in l. si quis à liberis, §. si quis ex his, nu.* 70. *ff. de lib.agnosc.Natt. cons.* 75. *in fin.Crauett cons.* 193. *nu.* 15.& ità decisum referunt *Guid.Pap.decis.*468.*&Thesaur.decis.*187.

6 Quæ *Bart.* distinctio, vt faciliori agnoscatur methodo, dico primò, quod vel fructus prædicti extant, & omnimodè mulieri restitui debebunt, idq; probatur ex *d.l.si stipulata* 33. §. 1.ibi, *Si vxor marito annuũ versa vice præstiterit, restituetur*

tuetur ei hoc, & poterit vindicare id, quod extat.

7 Confirmatur dictum ex *l.certum* 22.*C.de rei vindic.* Imperator enim ibi statuit malæ fidei possessorẽ omnes fructus debere reddere, possessorem autem bonæ fidei extantes rei vindicatione, vniuersos autẽ fructus post litem contestatam.

8 Hoc intelligendo, quãdo loquimur de fructuũ extantium acquisitione, secùs si de vsucapione, quia bonę fidei possessor ad eos reddendos non tenetur, si per triẽnium fructus possederit, quemadmodum & triennio omnis res mobilis præscribitur, §.1.*supr.de vsucap.* & ad propositum *gl.in l.sequitur, §.fructus ff. de vsucap.Bart.in l.3.C.de his, quæ vi metusu.caus.fiũt, Osnot.in §.si quis à non domino sub nu.5. supr. de rerũ diuis.Randen.de analog.cap.* 37.*n.*103. *Hartman. Pistor. lib.*2.*de fructib.cap.*3.

9 Fateor secũdo, quod vel fructus contrà voluntatẽ vxoris sunt percepti, & iã consumpti, etiamq; eidem vxori restitui debebunt, vt patet ex *d.l. de his* 17.*C.de donat. int.vir.* vbi Dioclecianus, & Maximianus Capitolinæ vxori rescribentes dicũt, *Si verò contrà voluntatem tuam, omnia tibi restitui oportet.*

10 Dico tertio, quod fructus industriales volente vxore percepti non debent in totum illi restitui, sed in partem, cum & eorũ partẽ maritus lucretur, *d.l.fin.C. de pact.conuent.* ex qua colligitur, quod vxor extrà dotẽ dedit marito nomina debitorum, in quibus exigendis hominis industria requirebatur, & concluditur, quod maritus pecunias sortis, quas exegerit, vxori seruare tenetur, vsuras autem illius posse ad eorum communem vsum expendere, ibi, *Et vsuras quidẽ earum circà se, & vxorem*

rem

rē expēdere, per quæ oſtē-ditur, quod maritus nullatenus id, quod in vxoris vſum expendit, reſtituere teneatur, & ſic in partem tenetur.

1 Affirmo quarto, fructus naturales cōſumptos volente vxore reſtitutioni obnoxios eſſe, quatenus maritus ſit eff. ctus locupletior, aliàs niſi effectus fuerit locuples, fructus lucratur, nec eos mulier repetere pōt, *d.l.ſi ſtipulata*, §. 1. *ff. de don. inter vir. & vx.*

Probatur ex *l. ſi id, quod* 28. §. *ſi quis ff. de donat. inter vir. & ux.* vbi ſeruorū operas liberè maritus percipit, nec earum ratio aliqua erit habenda, atqui ſeruorū opera dicitur fructus, vel ſaltem fructibus æquiparatur, *l.* 1. 3. 4. *ff. de oper. ſeru. l. quæſitum* 40. §. 2. *ff. de acquir. rer. domin.* & ſic ſeruorum fructus æquiparantur fructibus naturalibus, cum in operis ſeruorū acquirendis, nulla ſit domini induſtria, ergò fructus naturales reſtituendi non erunt.

Inſuper illud diſcrimē, quod inter naturales, & induſtriales fructus ſuprà poſitum fuit, comprobatur ex *l. fructus* 45. *ff. de uſur.* vbi vir percipiēdo fructus ex re donata, quos tamen ſuis operibus, & induſtria quæſierit, facit ſuos, aliàs ſi naturales ſint, putà ſi pomum decerpſerit, illos non facit ſuos, quia non ex facto eius is fructus naſcitur.

12 Hæc ſunt, quæ ex magiſtrali *Bart.* diſtinctiōne, vel potiùs fidiſſima puppe ad veritatis portum nos perduxerunt, at nimis deficiēter ſcripſit *Bart.* loquutus enim fuit de fructib. perceptis, vel volēte, vel inuitā vxore, omiſit tamen caſum, an mulier in dubio voluntatem viro ſuo accommodaſſe præſumatur, an citiùs eius diſſenſus coniecturetur, ut maritus

B fru-

fructus ex paraphernalibus perceptos restituere teneatur.

13 Vna fuit opinio *Cumani*, & non secundùm me subsistens in *consil*.104. eã sectatus fuit *Thesaur.d.decis*.187.& S.C.teste *Afflict.decis*.44.*nu*.8.quod præsumatur maritus voluntate vxoris fructus percepisse, quia cum mulier sciuerit; & passa fuerit, ex taciturnitate,& patientia illa sibi præiudicauit, proindè nisi mulier suarum rerum administrationem viro prohibeat, liberè vir ille administrabit,fructusuè consequetur,ex *l.fin.C.de pact. conuent.Ioan.Fab*.relatus à *Tiraqu. ad l.connubial.gl*.9. *in princip*.

14 Corroborãt hanc eorũ sententiam, quia vbi quis transit in potestatem alterius,& omnia quoq;sua cũ eo transeunt in eiusdem potestatẽ,*l.si paterfamil*.15. *ff.de adopt.auth.ingressi*, *C.de sacros.Eccles*. sed mulier transit in potestatem viri; vt ex *tex.in l.sicut* 48. *ff. de oper.libert.gl*.& *Angel.in* §.1.*sup.de S.C.Tertull*. igitur & bona paraphernalia, eorumque fructus.

Sed his nil morantibus uerissima est altera sentẽtia fructus paraphernaliũ rerum in dubio dissentiẽte uxore perceptos esse per uirum, & ideò restitutioni obnoxios, ità *Andreas Alpheus* inter *consil. Baldi cõs*. 366.*lib*.2.*Alex.d.l.pen ff ad l.falcid.Iacobin. in d.l.dotis fructus nu*. 2 *ff.de iure dot. Campeg. de dot.q*. 9.*part*. 1. *Natt.cons*.75.*n*.6.*lib*.1.*Socin.sen.cons*.82.*uol*.4.*Hierõ. de Laurent. decis. Rot. Auenion*.18.*Menoch. de presũp. lib*. 3. *presumpt*. 9. quàm & ipse sequor.

15 Probatur,nam in dubio standum est præsumptionibus,& coniecturis, non autem in claris,*l.continuus* 137.§.*cũ ità,ff de uerb.oblig. l. ille, aut ille*, 25. §. *cum in uerbis,ff.de leg*.3.*Menoch.de pra-*

præsump.lib.5.præsumpt. 31. *num.*24.& præsumptiones ad excludendam voluntatem mulieris innumeræ sunt,quarũ quatuor adducit *Io. Campeg.*vbi supra, & primam ex cõi natura desumit,quæ est, vt nemo velit suum iactare,*l.cum de indebito* 25.*ff.de probation. cum concord.* igitur nec ista mulier fructus rerum paraphernalium.

Secundam præsumptionem ex propria mulierum natura colligi fatetur, vt nimirùm earũ genus auarissimum sit,*l.sed si ego* 4.*ff. ad S.C.Velleian.*

Tertiam ex congruenti personarũ conditione, cũ vxores à viris, vel de proprijs ipsorum virorum bonis,vel de fructibus rerum dotalium substẽtari debere magis conueniens sit, quàm viros ab vxoribus, *l. ex annuo* 15.*ff. de donation. inter vir.& vxor.*& meliùs *l.si cum dotem* 22.*§.fin autẽ, ff.solut.matrim.*

Quartam ex personarũ coniunctione, dũ inter virum,& vxorem quædam coniunctio est reuerentiã ex parte vxoris annexam habens,ob quam reuerentiam non aliud resultat ex eius patientia, quam præsumptio coactæ volũtatis, *l.*1. *§.quæ onerandę.ff. quarum rer.actio. non det.*

16 Non officiunt argumẽta contraria,& præsertim, quod ex patientia, & taciturnitate resultet vxoris voluntas, quia non est, ꝙ vxor donare velit,sed quia contradicere præ reuerẽtia non audet; ità *De Bottis in cons.*20.*n.*67. *Decian. respons.*84.*nu.*28.*lib.*2. *Anton.Monach decis. Luce.*68. *nu.* 11.& *Fontanell.* de hoc latissimè differens *de pact. nupt.claus.*5.*gl.*2.*p.*7.*n.* 36.

17 Tandẽ non obstat,quod mulier sit in potestate viri,quod Romanorum legibus omnimodè repugnat, cum illa in patris potestate remaneat,*l.* 1.*in fin. C.*

B 2 *seq.*

seq. ff. de lib. exhib. l. 2. §. quod si in patris, l. quoties 29. ff. solut. matr. l. 1. §. 1. ff. de lib. agnoscend. l. 1. §. fin. l. cũ qui 18. §. si nupta, ff. de iniur. cum alijs per *Tiraqu. congestis ad leg. cõnubial. leg. 1. n. 1.* etsi aliquo modo plerisq; dicãt mulierem in viri potestatem transire; id est quò ad debitum carnis, & obsequiales operas, *Bart. in d. l. 1. §. 1. ff. de iniur. Bald. in l. assiduis, C. qui potior. in pign. habeant,* & idẽ *Tiraq. ibid. nu.* sicq; contraria procedunt in potestate vera, scilicèt, patria, vel dominica, vt est ibi videre.

18 Secundò, mulier vltrà parapheruália habet etiã antephatum, quod I. Consulti appellarunt additamentum dotis, vt meminit *Corasius miscellan. lib. 3. cap. 1.* per *tex. in l. inter socerũ 26. §. cum inter, ff. de pactis dotalib.* nunc verò recẽtiores pragmatici illud appellãt augmentum dotis, *Bald. in l. 1. in fi. C. de donat. ante nupt.* ità quoq; de iure põtificio dotalitium appellatur, vt in *cap. nuper, cap. plerũq; ex. de donat. inter vir. & uxor.* siuè dotarium, & alijs nominibus, put refert *Paulus Grauinensis tract. de dotario, in princ.* & de hoc loquuti fuimus sup. de donation.

19 Tertiò, mulier habet arredium, vel corredium, estque illud, quod præter dotẽ vxor ea intẽt õne marito tradit, vt cõsumatur; prout est cõsuetudo in pãnis lineis, *Angel. d. l. hac lege, C. de pact. conu. Chassã. in consuet. Burgund. rubr. 4. §. 24 gl. hæredatagia num. 8.*

20 hinc matrimonio soluto mulier non potest petere eorum bonorum æstimationem, sed talia, qualia sũt, debebunt illi restitui, *Bald. in l. de his,* per illũ *tex. C. de donat. inter vir. & ux.* & ex *tex. in l. plerũmq; 11 ff. de iure dot. Cremens. in singular. 142.* & latè de hoc corredio *Mass. ad consuet. Neap.*

Neap. p. 6. tit. de iure dot. q. 7. nu. 18.

Postremò habet mulier dotem, vel bona dotalia, de quibus infra.

Rerum summa.

1 *Dos accipitur largissimè pro omni circumferentia ad sufficientiam alicuius rei, vel personæ.*

2 *Dos largè datur Ecclesiæ, vt deseruiat pro alimentis futuri rectoris, & ex ea dotanti quæritur iuspatronatus.*

3 *Dos strictè sumpta capitur pro dote puellæ ingredientis Monasterium.*

4 *Dos strictissimè denotat eam, quæ datur in matrimonio carnali.*

5 *Matrimonium spirituale æquiparatur carnali, ità vt ex vno ad alterum valeas argumentum.*

Pater sicuti redotare tenetur

6 *filiam secundò nubentem, ità & illam viduatam volẽtem ingredi monasterium.*

7 *Conditio, si non nupserit in virgine, non est valida, sed secus in vidua, vt nu. 8.*

9 *Testator si relinquat monasterio cẽtum, si filiam in monialem recipiat, potest monasterium petere legatum, & non recipere filiam, sed hoc fallit, si dixisset, Relinquo monasterio centum ad alimenta, nu. 10. vel de consuetudine, nu. 11.*

12 *Filia, cui legatum factum fuit sub conditione, si monasterium ingrediatur, tenetur conditioni parere, si legatum consequi velit.*

13 *Religionis fauore in dubio est iudicandum.*

14 *Conditio si monasterium ingrediatur, non inducit viduitatem spiritualem, & si temporalem secus.*

15 *Testator si legauerit puellæ mille, si nupserit, & centum si monasterium ingrediatur, an debeantur mille, si puella ingrediatur monasterium?*

16 *Voluntas testatoris primo loco debet attẽdi sed hoc procedit in ijs, quæ licita sunt, nu. 17.*

18 Qui-

18 *Quilibet rei suæ est moderator, & arbiter, dummodò non sit cõtrà vitam contemplatiuam.*

19 *Monasterium, an excludat substitutum contrà voluntatem testatoris?*

20 *Testator filiæ relinquendo mille, si nupserit, & centum si ingrediatur monasterium, censetur illi electionem reliquisse.*

21 *Electio est legatarij in alternatiuis.*

22 *Conditio, si non nupserit, sicuti turpis est, ità conditio, si non ingreditur monasterium tamquam impeditiua vitæ contemplatiuæ.*

23 *Filia monasterium ingrediẽs consequetur tantùm centum, si testator dixisset, lego filiæ centum, & ei qui ducet eam in vxorem, relinquo mille.*

PRÆLVDIVM SECVNDVM.

De quadruplici dotis acceptione.

SED de dote plura dicturus nolo omittere, dotem ipsam quadrupliciter in iure nostro accipi, iuxtà tradita per *Guglielm. de Benedict. in cap. Raynutius, ex. de testam. in verbo, dotem,*
1 *quam ei dederat, nu.* 5. primò enim accipitur largissimè, scilicèt, pro omni circumferentia ad sufficientiam alicuius rei, vel personæ, nimirũ, quando iuxtà communem vsum loquendi dici solet, quod hic fundus sit bene dotatus, .i. omnes commoditates ad fundum necessarias habet; sic ẽt hic iuuenis est benè dotatus, scilicèt, quia sit bonis moribus, & virtutib. prçditus, & ità accipitur, in *l. 2. l. Seiç* 20. *§. prædia, ff. de fund. instruct. instrum. legat.*
2 Secundò, accipitur dos largè, & cõtingit circà Ecclesiam nouiter constructam, vel construendam, quæ

quæ,cum censeatur sponsa futuri rectoris in ea instituendi,dotem debebit habere,aliàs nec poterit ædificari, vel consecrari, *cap. nemo,de consecr.dist.* 1. *cap. cum sit,de consecr.Eccles.vel alt.*§. 1. *auth. vt nulli fabric. orat. dom.* & ex hac dotatione sequitur, quod ipsi dotanti iuspatronatus acquiritur,quãuis ipse laicus fuerit *cap pia mentis*,vbi *gl.* 16.*q.*7. & de hac materia *Viuian.de iure patron.par.*1. *lib.*2.*cap.*4.*& seq.*

3 Tertiò sumitur strictè pro dote puellæ intrantis religionem, ità quod si filia monasterium ingredi velit,tenetur pater ei dotem congruam assignare,prout tenebatur in matrimonio carnali,cum non minoris authoritatis sit matrimonium spirituale,quàm carnale,imò maioris,cum ipsum animæ fauorem concernat,*cap.inter corporalia, ex.de translat.*& facit *text.* ex argumẽto in *l.sancimus* 18. *C. de sacrosanct. Eccles.*

4 Quartò, & vltimò, capitur dos strictissimè pro illa, quæ constituitur in matrimonio carnali, vt infr.

5 Ex quibus infertur validũ fore à matrimonio carnali ad spirituale argumẽtum,iuxtà notat in *cap.quoniam frequenter*,§.*porrò,ex. vt lite non contest.d.cap.inter corporalia*,& *in cap. fin. ex.de translat.prælat.in cap. cum inter canonicos, ex. de elect.* & *in cap. sicut alterius*, 7.*q.*1.refert *Nicol.Euerard. in top.legal. loco* 33.

6 Hinc sicut pater, qui semel filiam dotauit,tenetur eam secũdò nubentem redotare dote per matrimonij dissolutionem ad ipsũ patrem reuersa, vt *in auth. sed quãuis,C. de rei vx.act.* ità quando eius filia vidua priùs dotata vult monasterium intrare, & dos ad patrem redijt, *Cyn. Angel. Fab. Alberic. & alij in d.authent.sed quamuis.*

7 Pariter sicuti reijcitur cõdi-

ditio in virgine, si nō nupserit, dum per eam carnalis matrimonij libertas impeditur, quamuis reijci non debeat conditio, si nō nupserit Titio, quia tunc nō impeditur libertas prędicta, *l. Titię si non nupserit 99 cum concord ff. de condit. & demonstrat.* ità etiã reijcitur conditio, ob quam à vita contem platiua quis retrahitur, & a matrimonio spirituali per ingressũ religionis, §. *sed et hoc praesẽti, auth de sanctiss. Episcop. auth. nisi rogati*, vbi DD. C. *ad S.C. Trebel. Dec. cõs. 624.* refert *Arism. Tepat. variar. iur. sentẽt lib. 2. tit. 6 18. cap. 8. §. vlt.* Dixi in virgine, nã

8 hodie valet conditio, si nō nupserit in vidua, vt *in authent. cui relictum*, C. *de ind. viduit. toll. Petr. Gregor. syntagm. iur. vniu. lib. 42. cap. 32 nu. 47.*

9 Hæsitabis verò, nũ si testator monasterio monialium centum relinquat, si eius filiam in monialem recipere, possit monasterium legatum consequi, & non recipere filiam in monialem?

Respondetur cum *Bart. in l. Titio centum*, §. 1. *ff. de condit. et demonst.* affirmatiuè illa ratione, quia inuitare moniales ad lucrum, vt ob illud filiam in sororem recipiant, est simonia, *cap. non satis, ex. de simon.* & sic turpis legato conditio adiecta fuit, sed conditio turpis de legato reijcitur, & habetur, ac si apposita non esset, *l. 3 ff. de condit. et demonstrat. l. 1. l. si quis ità institutus 6 ff. de condit. instit.* § *impossibilis, sup. de hæredib. instit. Petr. Gregor.* vbi sup *nu. 46* ergò reiecta cõditione monasterium consequi poterit legatum.

10 Est tamen verum, quod *gl. in d. cap. nõ satis*, dat cautelã patri, vt dicat, si moniales receperint filiam in sororem, eis relinquo centum ad alimenta, quo casu non committitur simonia, &

11 & subijcit *Castr. in d. l. Titia centũ*, §. 1. quod sunt aliqua monasteria, quę habent eorum obseruantias, ne monialis recipiatur nisi secũ tantùm deferat, quãtùm sufficiat pro alimẽtis, & ità seruat totus ferè orbis ex receptissima cõsuetudine; quàm approbauit S. Congregatio, vt per *Zerol. in praxi part. 1. verbo, Moniales, Baez. de dotib. cap. 14. n. 28. Guid. Pap. decis. 80. Anton. Fab. in Codic. tit. de sacros. Eccles. definit. 25. Gutierrez canonic. 99. cap. 31. nu. 61.* & *Lara de Anniuers. et Cappel. lib. 1. cap. 21. n. 91.*

12 Sed quid si ipsi filiæ factum fuerit legatum sub cõditione, si monasterium intrauerit, num teneatur filia conditioni parere, si legatum consequi velit.

Cõcludo affirmatiuè cũ eod. *Castr. in d. §. 1. nu.* 5. &

13 hæc opinio verior est, cum in dubio pro religione sit iudicandum, *l. sunt personæ 43 ff. de religios. & sũp. fun. cap. fin. ex. de re iudic. Bart. in l. 1. in princip. nu. 7. ff. de noui operis nunciat. Soccin. in l. Marcellus, §. quod autem nũ. 7. ff. ad S. C. Trebell. Cephal. in cõs. 297. n. 17. vol. 2.*

14 Dices cum *Bart.* tenente contrarium *in d. §. 1.* ꝙ conditio viduitatem inducens est reijcienda, qua reiecta legatum peti potest, vt diximus de conditione, si nõ nupserit, at qui conditio ista viduitatem inducit, ergò ipsa reiecta legatum debetur.

Respõdetur disting. minorem, inducit viduitatem tẽporalẽ, & cõcedo, viduitatem spiritualem, & nego.

15 At controuersia magna est, num si testator legauerit puellę mille, si nupserit, & centum si monasterium ingrediatur, debeãtur mille, si puella monasterium ingrediatur?

In hac re sunt, qui pro vtraque parte scribunt, nã negatiuam sententiam in toto seruari orbe refert

C *Castr.*

Castr.in d.l. Titio centum, §. *Titio genero, ff. de condit. & demonstrat.* ità seruari de cõsuetudine testatur *Bald. in l. Deo nobis, col.* 2. *C. de E. piscop. & cler.* de cõi quoq; testantur *Salyc. & Corn. in auth. nisi rogati*, *C. ad S. C. Trebell. Dec. in cap. in prasẽtia, ex. de probation. colum.* 3. *Crot. in l. nemo potest, nu.* 71. *ff. de leg.* 1. *Io. Dilect. de arte testandi, tit. de legat. cautel.* 64. *Couarru. variar. resol. lib.* 1. *nu.* 9. *cap.* 19. sequutũ fuit S.C. penès *Vrsil. ad Afflict. decis.* 348. *sub nu.* 2. imò hanc sententiam ei consẽtire æquitati, scribit *Ias. in auth. si qua mulier, col.* 3. *C. de sacros. eccles.* quod quando filia vult nubere, requiritur magna impensa, si vult inuenire maritum ipsi mulieri conuenientem, secus, quando ingreditur monasterium, vbi requiritur valdè minor impensa.

Affirmatiuam verò, quã tamquam veriorẽ sequor, satis tuentur *Abb. Bart. et Felin. d. cap. in præsentia, Io. de Anania, et aly in l. stipulatio hoc modo concept. ff. de verb. oblig. Matthesil. in singul.* 52. de cõi *Soccin. in l.* 2. *col.* 2. *ff. de condit. et demonstrat. Paris. cõs.* 65. *col.* 4. *vol.* 2. *Hyppol. de Marsil. in rubr. de fideiuss. num.* 122. & ab hac non esse recedendum in iudicando, & consulendo dicit *Thom. Ferrar. in cautel.* 9. eamdem sententiam sequitur *Aretin. in* §. *fin. sup. de legat. Calcan. in cons.* 59. *col. pen. Campeg. de dot. q.* 30. *Emanuel. Costa. in repetit l. cum tale*, §. *si arbitratu, ff. de condit. et demonstrat. Boer. decis.* 3. *num.* 14.

Ipse verò ordinatè procedens primũ cõtraria respuam argumenta, quæ faciunt pro negatiua sentẽtia, deindè rationes adducam, quæ sunt pro affirmatiua, & pro contraria opi-
16 nione adduci solet, quod testantis voluntas primo loco præsertim in dispositionibus conditionalibus

il.

attendi debet, *l. in conditionibus 19. ff. de condit. et demonstr. l. cum quæstio. 23. in fin. C. de legat. l. cum virum 16. C. de fideicom. l. fin. C. de necess. seru. hæred. instit.* sed in quæstione nostra voluntas testatoris est, vt filia ingrediendo monasterium non habeat, nisi centũ, ergo puella hæc monasteriũ intrans non habebit mille.

17 Cui argumento responderi potest cum *Soccin. d. l. in conditionibus*, dist. maior. voluntas testatoris est attendenda in cõditionibus licitis, & conced. maior. in illicitis, & neg. maior. at qui in casu, de quo loquimur dicta conditio est contra libertatem religionis, & sic illicita.

18 Præterea pro illa sentẽtia facit regula vulgata, quod quilibet rei suæ liber moderator, & arbiter est, *vulg. l. in re mandata 21. C. mandat.* & potest testator disponẽs de rebus suis, & immediatè Ecclesiæ acquirẽdis legem etiã in eiusdem Ecclesiæ præiudicium imponere, quã velit, *gl. in cap. 2. 10. q. 1. NeuiZan. in syln. nupt. lib. 6. n. 18. Menoch. ad Soccin. in d. l. in cõditionibus*, igitur non debebuntur mille contra voluntatem testatoris.

Respondetur verò, quod maior propositio, vel regula ibi posita locũ non habet, vbi quis disponendo impediret vitam contemplatiuam, ꝓut in casu nostro, vbi si puella non haberet mille, eo timore non ingrederetur religionem, & sic saltẽ indirectè à vita contemplatiua retraheretur; & quemadmodum pænæ, & omnia ea, per quæ vel directè, vel indirectè intimidatur matrimonium carnale, irrita sunt, ita & hæc conditio per quam intimidatur matrimonium spirituale, iuxta tradita per Canonistas *in cap. fin. ex. de secund. nupt.*

19 Postremò pro negatiua di-

dicebat *Castr. in d. auth. nisi rogati*, quod monasteriũ nõ ex-ludit substitutum, quãdo constat de expressa voluntate testatoris, ergo nec debet habere mille, dum de clara testatoris volũtate apparet.

Quod argumentum cõtrouersũ est, siquidem cõtrarium tenet *Bald. in d. cap. in præsentia*, volens, quod si testator dixerit, instituo filium meum, donec in sæculo manserit, & si contingerit, quod monasterium ingrediatur, volo, vt ipse restituat hæreditatem Seio, fideicommissũ non subsistit, tam quam contra libertatem religionis, & quia turpis est conditio, per quã à diuino quis remouetur obsequio.

Igitur contrarijs refutatis affirmantem probo sentẽtiã, quod monasteriũ debeat mille habere, quia
20 testator sic relinquẽdo filię suæ, videtur eidẽ filiæ electionem dedisse, vtrũ mille, an centum velit, cum in eius arbitrio sit nubere, vel intrare religionem, ita *Alberic. in l. Deo nobis C. de Episc. & cleric. arg. tex. in l. si quis Semproniũ 68. ff. de hæredib. instituend.* sed in
21 vltimis voluntatibus alternatiuis electio in dubio dicitur esse legatarij, *l. Lucio 23. ff. de leg. 2.* igitur electio est filiæ, ex cuius persona monasterium potest mille habere.

Secundo adducitur, nam validum est argumentum de matrimonio carnali ad
22 spirituale, vt diximus, sed in matrimonio carnali cõditio, si nõ nubit, reijcitur, ita in matrimonio spirituali conditio, si non intret monasterium. Minor patet ex *l. Titiæ si nõ nupserit 100 ff. de condit. & demonstr.* vbi si testator legauerit filiæ suæ centum, si nuberet, & ducentum, si nõ nuberet, quamuis nubat, consequitur etiam ducentum, ne mulier à matrimonio carnali

nali retrahatur.

Non officit responsio *Dec.d. cap.in præsentia, sub nu.234.* quod in *l.Titię si nõ nupserit*, quis retrahitur à matrimonio carnali, & inducitur viduitas, hoc tamẽ non est in quæst.nostra, vbi quis inuitatur ad matrimonium carnale, quia negari non potest, quod inducitur viduitas spiritualis, quare vtraque conditio est turpis, & scilicèt, si non nupserit, & si non intrauerit monasterium.

Tertiò, augetur hæc secunda nostra, probatio ex *tex.in §.sed & hoc præsenti, auth. de sanctissimis Episcop.* vbi grauatus restituere, si matrimonium nõ contraxerit, nõ tenetur restituere si monasterium intrauerit, ergo habens mille, si matrimonium cõtrahet, habebit etiam mille, si monasterium intraret.

Verum dices cũ aduersarijs diuersum à nostro fore casum positum *in d.§. sed & hoc præsenti*, siquidẽ in casu nostro apparet de clara testantis voluntate, qui legauit centũ puellæ, si monasterium ingrediatur, at in casu dicti §.nihil testator puellę legauit, nil mirũ, si totũ debeatur.

Cui dicto satisfacit *Facchin. controu. iur.lib.5. cap. 54.* quod si totum puellæ debetur, quando nihil relictum fuit, vt in d. §. ergò multò magis totũ debebitur, quando aliquid ei relictum fuit, & propterea vsque ad quantitatem sub nuptiarum conditione relictam supplementum cõsequi debebit.

23 Si tamẽ testator cupiat minus filiã habere, si monasterium ingrediatur, quã quod si nubat, poterit his verbis suam concipere dispositionem, relinquo filiæ meæ cẽtum, & illi qui ducet eam in vxorẽ, relinquo mille, qua posita dispositione, licèt filia monasteriũ ingrediatur, non habebit mille,

mille, quia non sunt ipsi mulieri legata, sed ei, qui ducet ipsam in vxorem, ita *Bart. & Soccin. in l. 2. ff. de his quæ pœna nom. Ias. in d. auth. si qua mulier, C. de sacros. eccles. Bal. cons. 35. vol. 3. in fine, Sarayn. ad Matthesilan. d. singul. 52.*

Rerum summa.

1 *Dotis melior definitio est illa, quam tradidit* Bart. *quod scilicèt, sit ius quoddã vniuersale in se continens, quod à muliere, vel eius patre traditur ad onera matrimonij substinenda.*

D. Iulius Caponus *laudatur.*

2 *Dos dicitur ius vniuersale.*

3 *Fructus augẽt dotem, quemadmodum augẽt ius vniuersale.*

4 *Dos dicitur proprium mulieris patrimonium, & propterà dicitur etiam ius vniuersale.*

5 *Dos vendicatur, & quando ius vniuersale possit etiam vendicari, nu. 6.*

7 *Dos potest consistere in vna re etiam minima.*

8 *Dos numeratur.*

9 *Dos, vel est profectitia, vel est aduentitia.*

10 *Dos profectitia, & aduentitia in quibus conueniant.*

11 *Dotem profectitiam propter culpam filię pater nõ amittit, & tamen filia perdit dotem aduentitiam.*

12 *Pater in dote profectitia soluto matrimonio actionem habet communem cum filia.*

13 *Actio dotis constante matrimonio est filiæ.*

14 *Filia tenetur imputare in legitimam dotem profectitiã, sed non aduentitiam.*

15 *Pater dotem profectitiam tenetur filię reseruare pro secundis nuptijs.*

16 *Dos à patre profecta, num ad eumdem patrẽ redire debeat liberis existentibus?*

17 *Tex. in l. iure succursum, ff. de iure dot. & in l. dos à patre,* C. *solut. matrim. nouiter diluci dantur.*

18 *Tex. in l. vnic. §. taceat, C. de rei vxor. act. explicatur.*

19 *Lex omnis debet intelligi si-*

ne

ne tertij preiudicio.

10 *Vlpian. in fragmentis leges non condit.*

21 *Argumentum à contrario sensu non valet, si ex eo resultet absurdus intellectus contrà naturalem rationem.*

22 *Text. in l. fin. §. 1. ff. vt legat. nomine ab authore contra Fabrum noua enucleatur methodo.*

23 *Dos quomodò penès maritum, eiusque liberos pro oneribus matrimonij esse debeat?*

24 *Dotis origo caussa, & finis secundùm Authorem.*

25 *Authoris nouus intellectus ad Papiniani responsum in l. post dotem. ff. solut. matrim. remoto Antonij Fabri sensu.*

26 *Dictio, posteà sui natura interuallum denotat.*

27 *Conciliatio Ceuall. inter Bulgarum, & Martinum.*

28 *Martini sententia est iuris interpretatiua, & haberi debet pro iure communi, non autem consuetudinario.*

29 *Conciliatio melior Facchin. adducitur, quod Bulgarus loquatur de filia in potestate, Martinus verò de filia emancipata.*

30 *Dos à patre ad filiam emancipatam profecta dicitur profectitia, quòad solum nomen.*

31 *Mulier de iure consuetudinario Neapolitano potest de dotium suarum decima parte disponere, quando liberi extant.*

32 *Dos dupliciter constituitur, vel scilicèt expressè, vel tacitè.*

33 *Æstimatio dotis, quando faciat emptionem.*

PRÆ-

PRÆLVDIVM TERTIVM.

De Dotis quidditate, quotuplicitate, & modo constituendi.

LAbyrinthū non in creta, sed in præsenti præludio multiplici, & intricata viarum perplexitate irremeabilē reperio, quo ipse inclusus, ni Dædaleū seruarem ordinem, difficulter periculum effugerem, & alas coagmentādo.

1 Fateor primo, quod illa dos, quæ in matrimonio carnali constituitur, aliter definitur ab *Azo. in summ. C. de iure dot.* quod scilicèt, sit illud, quod datur à muliere, vel eius patre marito propter onera matrimonij, & hanc sequuntur *Tholosan. syntag. iur. vniu. lib. 9. cap. 18. Bald. nouell. de dot. part. 2. num. 1. et Phanucc. de lucro dot. fol. 5. nu. 8.*

Sed aliter, & meliùs definitur à *Bart. in rubr. ff. sol. matr.* quod sit ius aliquod vniuersale in se continens, quod à muliere, vel eius patre traditur marito ad substinenda matrimonij onera, & hanc *Bart.* definitionem defendunt *Soccin. Ias. et Rip. in ead. rubr. Campeg. de dot. part. 1. q. 4.* de cōi testatur *Guglielm. de Benedict. in cap. Raynutius, in verbo, Dotem, nu. 12. ex. de test am. Facchin. controu. iur. lib. 10. cap. 31. Merēd. lib. 3. cap. 2. Reg. Merlin. controu. forens. lib. 1. cap. 92.* & nouissimè nostræ Parthenopeæ Academiæ Sol fulgidissimus Dominus meus Iulius Capon. Vespertinæ Cathedræ Primarius Professor *in ead. rubr. ff. soluto matrim. q. 4.*

2 Dixi & meliùs, nam *Azo.* tenet dotem non esse ius à

rebus

rebus dotalibus distinctũ, *Bart.* verò contrarium fatetur, & eius vera opinio geminis ex iuribus deducitur, nimirũ ex *l. quod dicitur* 5. *ff. de impens. in reb. dotalib. factis*, ibi, *Non enim ipso iure corporum, sed dotis fit diminutio*, & ex *l.* 1. *in princip. ff. de dot. prelegat* in ijs verbis, *Sed ad vniuersitatem rerum erit referendũ.*

3 Confirmatur *Bart.* sententia, quia fructus, & accessiones non dicuntur augere res particulares, sed vniuersales, *l. ite veniunt* 20. *§. fructus ff. de petit. hæredit. cum concord.* at qui dos ex fructibus augetur, qui proinde eadem dotis actione petuntur, *l. si marito* 31. *§. fin ff. solut. mat.* ergò dos est ius vniuersale.

4 Postremò affertur dotem propriũ dici mulieris patrimonium, *l.* 3. *§ sed vtrũ, ff de minorib. l. satis notũ* 4. *C. in quib. cau. pign. vel hypoth. tacit. contrahitur*, quod patrimonium vniuersale est, *l. peculium* 39. *ff. de pecul. l. si fideicommissum* 50. §. 1. *ff. de iudic.* igitur dos est ius vniuersale.

5 Probabis primo, quod potius dos sit ipsa res dotalis, quam quod ius vniuersale, siquidem dos vendicari potest, *l. in rebus, C. de iure dot.* & ius vniuersale nequit vendicari, *l. vendicatio* 56 *ff de rei vendicat.*

6 Cui probationi obuiam iri dupliciter potest; & primo distinguendo hoc vniuersale, quod vel est iuris, .i. vniuersitas quædam sine corporibus ad *tex. in l. hæreditas* 50 *ff. de petit. hæred.* vbi, *Hæreditas etiam sine vllo corpore iuris intellectum habet*, vel est facti, quod absque corporibus non est, vt est grex, populus, *l. rerũ mixtura* 30. *ff. de vsucapion. l.* 1. *§. fin ff. de rei vẽdic.* His positis respondeo ad argumẽtum, vniuersale nequit vendicari, dist. vniuersale iuris, & conced. vniuersale facti, & neg. igitur cũ dos

sit vniuersale facti, quia sine rebus dotalibus nõ est, benè vendicari potest. Altero modo respondetur, quod lex prędicta in rebus dicens dotem vendicari, loquitur de rebus particularibus datis in dotem, & põt stare ius vniuersale vẽdicari nõ posse, & res particulares posse, id.n. de peculio affirmatur, quod est vniuersale, & tamen res particulares peculij vendicantur, *d.l. vendicatio, l. si peculium 6. ff. de pecul. legat.*

7 Dices 2. cum Dialecticis in disputat. de vniuers. illud esse vnum aptũ ad essendum in multis, at qui dos non est vna in plurib., cũ possit esse in vna re ẽt minima, *l. Neratius 20. ff. de relig. & sumptib. fun.* ergò non est ius vniuersale.

At respondeo cum *Facchin.* vbi sup. quod etiã peculium in vna re consistit. *l. depositi 5. §. peculium ff. de pecul.* & tamen est quid vniuersale, *l. peculium 40. ff. cit. tit.* Insuper Philosophorum principium illud, de quo in maiori propositione procedit in iure nostro ab initio, & non ex post facto, vt probatur in grege, qui ab initio ex decem ouibus constat, & tamen si ex post facto redactus fuerit ad vnam ouem, dicetur etiam grex, & erit quid vniuersale, *l. si grege 22. ff. de leg. 1. §. si grex, sup. de legat. l. sicut 7. §. fin. ff. quod cuiusq. vniuers. nomin.*

8 Tandem argues ex *tex. in l. si pater 42. ff. solut. matr.* vbi dos dicitur numerari, ergò si dos numeratur, sequitur idem esse dotem, & pecuniam numeratam, igitur nõ est ius vniuersale.

Pro solutione considera dotem, vel accipi realiter, siuè vt Logici dicũt, à parte rei, & procedit argumẽtum, quia tunc dos nõ differt ab ipsa re dotali; vel à parte intellectus, vt corpus à iure fictè inuentum, & tunc procedit *Bart.* sentẽ-

tia,

tia, quod dos distet à fūdo dotali;& quia vt corpus fictum à iure semper in dubio accipitur, vt tradit *Ias. in l.si mora,nu.3.ff.sol.matr.* ideò sēper dicimus, quod dos sit quid vniuersale,cœtera verò argumēta videas penès *Barbos.Marsham*,& *D. Iul. Capon.in d.rubric.*

9 Fateor 2. dotem multifariam diuidi,sed principaliter, vel esse profectitiam, vel aduentitiam, profectitia ex cumulo paternæ substantiæ procedit, siue pater ipse de proprijs bonis eā dederit, siuè extraneus nomine patris, *l. profectitia 5.ff.de iure dot.* Aduentitia dos est,quā aliundè mulier adepta est sine aliqua patris contemplatione.

10 Et huiusmodi cōueniūt, ac differunt inter se, conueniunt 1.quia vtraq; dos censetur proprium mulieris patrimonium,*d.l.3.§.sed vtrum ff.de minorib.* 2.nam neutra dos potest,uel à uiro,uel ab uxore constante matrimonio alienari,*l.vnica,§ Et cū lex, C.de rei vx. action.3.*alijs omissis quōm utraq;matrimonij deseruit oneribus,*l.pro oneribus 20. C.de iure dot.*

11 Differunt 1.quia profectitiam dotem non ità facilè propter culpam filiæ pater amittet, aduentitia uerò faciliùs amittitur, si filia delinquat *l.2.§.1.* ubi latè DD *ff.solut.matrim.* 2. in profectitia pater soluto matrimonio communem actionem habet cum filia, itaq;nec pater filiæ,nec filia patri in eadē dote poterunt inuicem præiudicare,uel exigendo, uel alienando,ex *Bald.cons.2.lib.6. Neuizan.cons.95.n.5.Grauett.cons.39.nu.2.Curt. iun. cons.152.nu.3,* & *Rub.cons.25.nu.7.* refert *Menoch. de arbitrar.iudic.lib.2.cas.242.* & *Osasc. decis.62. in fin.* & dixi soluto matrimonio,

12 nam constante matrimonio actio erit solius filiæ,&

propterea pōt mulier tunc temporis actionem de dote alteri cedere, *l.* 2. §. *nec cogitur*, ubi *Dyn. ff. sol. matr. Bald. in singul.* 11. Differūt tertio, dos profectitia, & aduentitia, quia filia tenetur imputare in legitimā dotem profectitiam, *l. quoniam nouella* 29. *C. de inoff. testam.* aduentitiam uerò non tenetur imputare, quā extrinsecus, & citra contemplationem habet paternam, iuxtà notata in *l. filiæ dotem* 4. *C. de collation.*

4 quarto, alijs omissis debet pater filiæ secundo nubēti dotem profectitiam absq; diminutione reseruare, ut *in auth. sed quāuis, C. de rei uxor. action.* uerùm in aduentitia non tenetur pater eamdem diligentiam præstare, quamuis si receperit, diligentissimè custodire debeat.

15 His consequens est uetus quæstio illa inter priscos eos glossatores, scilicèt, *Bulgarum, & Martinum* magnis altercationibus agitata; num dos à patre profecta ad ipsum patrem dotantem reuerti debeat filia decedente superstitibus liberis, cū regulariter dos à patre profecta ad patrem redire debeat, *l. dos à patre* 4. *C. sol. matr.*

Itaq; *Bulg. in d. l. dos à patre*, dotem ad patrem etiā existentibus filijs reuerti debere inuenit, eumq; secuti fuere *Azo. et Accurs.* item DD. ferè omnes in *l. post dotem ff. solut. matr. Canonist. in cap. fin. ex. de donat. inter vir. et ux. Curt. iun. in cons.* 93. *nu.* 9. *Hier. Gabr. cons.* 16. *nu.* 6 *Rip. lib.* 3. *resp. cap.* 10. *Mazol. cons.* 121. *Anton. Goucan. in l. si vir uxori, ff. ad leg. falcid. Cāpeg. de dot. q.* 152. *par.* 3. *Gugliel. de Ludou. singul.* 199. *Cuiac. ad Aphrican. tract.* 6. & *Capyt. decis.* 176.

16 Fundamenta huiusce sententiæ quamplura sunt, & principale ponitur in *l. iure succursum* 6. *ff de iure dot.*

dot. cum alijs concord. per *gl. in d. l. dos à patre allegatis*, qui *tex.* duplici potest modo induci, uel ex sui ratione, quæ est, ne pater & filiæ amissæ, & pecuniæ dãnum sentiret, quæ ratio fauore patris militat, tàm si liberi extent, quàm si non extiterint, uel altero modo inducitur *tex. alle.*, & in *l. dos à patre*, quod nisi leges prædictæ loquerentur, qñõ liberi extant, fuissent de casu indubitabili, cum si filia decederet nullis relictis liberis, pater ei succedere deberet tamquã proximior iuxtà *auth. defũcto*, *C. ad S.C. Tertulliã.* ex quo maritus succedere nequit, nisi deficientibus agnatis, & cognatis, *l. 1. C. vndè vir, & vx.* igitur etiam extãtibus liberis dos ad patrem redire debebit.

Verùm his satisfieri põt, & primo rationi ex *d. l. iure succursum*, deductæ illam, videlicèt, in contrarium retorquendo, nam ibi ad quem summus dolor peruenit, ad eumdem dotis commodum peruenire debebit, sed maior ad liberos propter matrem amissam peruenit dolor, quàm ad patrem ob extinctam filiã, igitur ad liberos dotis cõmodum peruenire debebit. Præterea *tex. in d. l. dos à patre cum concord.* esset de dubitabili, etiamsi de liberis non loquatur, cum filia potuisset ex testamento alium habere hæredem relicta legitima patri, quæ est triens, *§. 1. auth. de triẽt. & semiss.* tempore, quo non triens, sed tota dos patriæ potestatis iure ad patrem pertinere debet.

17 Accedit secundo *tex. in l. vnica, §. taceat, C. de rei vxor. act.* ibi, *Sileat ob liberos retentio, cum ipse naturalis stimulus parentes ad liberorum suorum educationem hortetur.*

His textualibus verbis allatis sic argumentor, cessante ratione, cessat dispo-

sitio,

sitio, *cap. cum cessante, ex. de appell. l. adigere 6. §. quãuis, ff. de iure patronat.* sed in quæstione nostra cessat ratio, cur dos apud liberos esse debeat, ergò & dos ipsa; minor probatur, nã tota ratio est, vt ex dote liberi substententur, & alantur, *l. pro oneribus 20. C. de iure dot.* sed filij, quando habẽt vel patrem, vel eius bona, indè ali poterunt, cum ipse naturalis stimulus parentes ad liberorum suorum educationẽ hortetur, vt in *d. §. taceat,* igitur cessat rõ.

Respondetur *textum in d. §. taceat,* procedere quãdo dos est restituenda superstiti mulieri ex causa diuortij, quo casu non erit illa prætextu liberorũ retinenda, at in quæst. nostra vxor est mortua, & sic diuersus est casus.

Adstipulatur tertio, quod leges volentes dotem ad patrem redire simpliciter loquuntur nullatenus de liberis distinguentes, ergò ità, indistinctè debent intelligi, *l. de pretio 8. ff. de publician. in rem action.* etsi de liberis intelligere voluissent, hoc expressissent, *l. vnic. §. sin autem ad deficiẽtis, C. de caducis tollend.*

18 Sed respondetur, quod lex omnis debet intelligi, in quantum minus lędatur ius tertij, nec vnquam aliquem in dubio vult iniuria afficere, *l. meminerint. 6. C. vndè vi, l. 1. C. de his, qui ven. atat. impen. Cephal. cõs.* 254. *nu.* 26. & ita leges illę non censentur liberis prę-iudicare voluisse.

19 Facit quarto, *Vlpian. in fragment.* penès *Cuiac. tit. de dotibus,* vbi mortua in matrimonio filia dos ad patrem reuertitur, seruatis tñ penès maritũ quintis dotis in singulos liberos, igitur etiam existentibus liberis dos ad patrem dotantem reuertitur.

Respondetur loca illa *Vlpiani,* uim legis non habere, nisi & in corpore iu-

ris sint posita.

Adducitur quinto, *text. in l.inter socerũ 26. §.cũ inter ff.de pact. dotal.* quo loci decernitur, vt si pactum præcedat, quod mortua filia sine liberis dos patri restituatur, videtur ex cõtrario actum esse, vt filia decedẽte cum liberis, dos illa foret penès liberos, vel maritum, sicq; in tantũ excluditur, in quantũ vrgeret tacitum pactum à contrario sensu inductũ, aliàs nisi fuisset pactum, pater dotãs ipso iure veniret, & liberi forent exclusi.

20 At pro solutione dico argumentum à contrario sensu induci non posse, quando ex hoc resultaret prauus, vel absurdus intellectus contrà naturalem rationem, *l.2.C. de condict. insert.l. cõuenticulam 15. C. de Episcop. & Cler. Euerard. tract. centum med. argument. loc.4.* sed in casu nostro resultat argumentum à contrario sensu contra rationẽ naturalem, cum liberi priuarentur dote materna, igitur non est amplectendum.

Martinus verò alterius sectæ antesignanus omnimodè voluit dotem hanc defunctã matre penès liberos, eorumq; parentem remanere, & eum sequebatur *Rayner. Petr. Roffred: in eadem l.dos à patre, Calderin.cons.1.tit.de donat. inter vir. & vxor. Practic. Papiẽs. in forma libelli, quo vx. agit ad dot. in verbo, dicta dom. nu.1.in fin. Guid. Pap. cõs.12. nu.8.* ita decisum ref. *Thesaur. decis.190.nu.4.* & nouissimè *Anton. Fab. de coniectur. lib.1.cap.16.*

Et argumenta huius secundæ opinionis varia sũt, quorum primum est, quod dos dicitur proprium patrimonium mulieris, *l.3.§. sed vtrum. ff. de minorib.* igitur ad filios hæredes illud transire debebit.

Sed hoc facilè respuitur, distinguo anteced. est patri-

trimonium filiæ saluo iure, quod pater in eo habet, conced. quo ad totum ius, & nego.

21 Secundum fundamentũ ponitur in *l. fin.* §. 1. *ff. vt legat. vel fideicom. nomin. cau.* vbi filia penès maritum rē deposuit non exacta cautione, quia postea instituit patrem suum heredē, dubitabatur, numquid ea res deposita patri hæredi restitui deberet, an verò penès maritum, ex quo filium suscepit, deberet illa res remanere, apud quē & dos remansisset, & concludit *Scæuola*, quod quia illa res non erat dotis, hæredi restituēda sit, ex quo *tex.* deducitur, quod dum filius ex eo matrimonio supererat, dos apud eiusdem filij parētem remanere debet.

Huic *tex.* respondetur, quod ipse loquatur de filia emancipata, quod patet, quia testamentum fecit, aliàs si in potestate fuisset, testari non potuisset, *l. qui in potestate 6. ff. de testament. cum concord.*

Nec obijcias cum *Fabr.* nullum hac de re inter filiam in potestate, ac emancipatam constituendum fore discrimen, dum etiam dos à patre ad filiam emãcipatam profecta ad eumdem patrem redire debebit, *l. si filia 5. ff. de diuort. l. filiæ 60. ff. solut. matrim.*

Quia respondetur, quod in tantũ ex dictis iuribus potest pater dotem profectitiam petere, in quãtũ antea pactũ inierit de dote sibi restituēda: alias nec ibi lucrari dotem potuisset maritus, nisi pactum præcessisset, vt *gloss.* in vtraque *l. annuis*; debet itaq; inter vtramque filiam discrimen fore, cum emancipata pro matre famil. habeatur, & cõsequenter põt transmittere dotem ad filios, quos potest habere hæredes patri præferēdos in successione, vt diximus sup. *de S. C. Tertul.* nec iure

pa-

patriæ poteſtatis poſſit ſe in illius hæreditatem intromittere, cum nec patriã habeat poteſtatē, quæ per emancipationem eſt diſſoluta, vt in §. *Præterea, vbi diximus ſup. quib. mod. ius patr. poteſt. ſoluit.* & hoc ſecus eſt in filia in poteſtate.

Similis reſpõſio deſtruit fundamentum *tex. in l. illã 19. C. de collation.* vbi nepotes ex filia, qui ſuccedũt auo morienti poſt filiam, debent dotem matris ſuæ conferre, ſicque dos nõ ad patrem dotantem, ſed in liberos tranſijt, aliàs ſi ad patrem, non eſſet de collatione tractandum facienda à filijs.

22 Tertium argumentum eſt in æquitate fundatum, cum dos debeat eſſe penès maritũ, & liberos pro oneribus matrimonij, *l. pro oneribus 20. C. de iure dot.* vt ſcilicèt, ij ex dote alantur, & votum patris fuit dotem filiæ dare propter liberos procreandos, & educãdos, hæc. n. fuit cauſſa, origo, & finis dotis, *vulg. l. 1. ff. ſoluto matrim.*

Ipſe autem his duobus aſſumptis ſigillatim ſuccurram, & primum, dũ dicitur, quod ideò dos debeat eſſe penès liberos, vt ex ea conſequãtur alimẽta. Reſpondeo, quod immò illis debebunt alimẽta cõcedi potiùs à patre, & ex paterna ſubſtantia, quam ex dote, in ſubſidiũ verò, & quis in inficias ire audebit ꝙ auus maternus teneatur nepotibus alimenta præſtare? ita ex *tex. in l. non quemadmodum 8 ff. de liber. agnoſcend. Ruin. conſ 94. nu. 7. vol. 5. Boer. conſ. 17. n. 14. Cordub. in l. ſi quis à liberis, §. item reſcriptum, nu. 8. ff. de liber. agnoſc. Surd. de alimẽt.*
23 *tit. 1. q. 104.* Deindè quando oppoſitum fuit, quod finis dotis ſit liberorũ procreatio, & educatio, nego educationem, & tantũ admitto procreationem, vt

patet ex *l. 1 ff. solut. matrim.* ibi, *Cum dotatas esse fœminas ad sobolem procreãdam, & replendam liberis hominibus Ciuitatem*, sicq; sola de liberorum procreatione fit ibi mentio, & addo ipse aliam rationem, vt scilicèt, pudicitia mulieris cõseruetur ad *tex. in l. mulier, 22. §. cum proponeretur, ff. ad S.C. Trebel.* ibi, *Quod & mulieris pudicitiæ, & patris voto congruebat.*

24 Postremò arguebat *Anton. Fab.* ex *Papiniani* responso in *l. post dotem 41 ff. solut. matrim.* vbi pater volẽte filia, (vel sine volũtate filiæ secundùm *Cuiac.* qui ita mẽdosum *tex.* corrigit.) Stipulatus fuit sibi dotem reddi, si filiafamil. diuerterit, cõcluditur, quod si filia iã diuerterit, & posteà sine liberis decesserit, ꝙ possit idẽ pater dotãs ad dotẽ agere ex stipulatu. Ergò si cũ liberis, nõ ad patrẽ, sed penès ipsos liberos dos remanere debebit.

Respondet *Accurs.* verba illa, *Et posteà filia sine liberis*, superflua fore, quia si cum liberis, dos ad patrem redire debebit, tantòque maximè si absq; liberis.

Quam *Accursij* responsionem conuocitat *Fab.* ridiculam, cum I. Consultus duabus sub conditionibus patrem ibi stipulatũ fuisse affirmet, & scilicèt, sub vna conditione, si filia diuerterit, & sub altera, si absq; liberis decesserit, itaq; sicuti diuortio non contingente dos non debet ad patrem transire, ita extantibus liberis, nec ad patrem transibit, verum penès filios remanebit.

Hæc est fouea, quã *Faber Accursio* parauit, in quã & incidit ipse *Faber*, nam *Accursium* tuendo dico stipulationem illam sub vnica tantùm conditione, nimirùm diuortij conceptam fuisse, vtq; meum dictum clariùs liqueat, verba referam *Papiniani*, & discur-

ram,

ram, *Post dotem datam, & nuptias contractas stipulatus est pater filiæ voluntate diuortio facto dotem dari, si conditio stipulationis impleatur, & posteà filia sine liberis decesserit, non erit impediendus pater, quò minus ex stipulatu agat*, dico igitur vnicā tantùm conditionem fuisse, tùm quia I.C. ibi singulari vtitur verbo, nempè, *Si conditio stipulationis impleatur*, tum etiam quia in altero, varioq; sermone mentionem facit de filia sine liberis decedente, nimirū, quando de casus contingentia tractabat postquam de conditione sermonem perfecerit, ibi, *Et posteà filia*
25 *sine liberis discesserit*, dictio enim posteà sui natura denotat interuallum, ex *l. nō erit 5.* vbi *gl. § fin. ff. de iure iur. l. iuris gentium 7. §. quinimò in fin. ff. de pact. Corsett. cum alijs per eum adductis in suis singularibus in verbo posteà, nu. 1.* & *Grat. de dictionib. cap. 167.*

26 Pro conciliatione dicebant aliqui opinionem *Bulgari* procedere de iure, illam verò *Martini* de cōsuetudine, ità *Castr. in d. l. post dotem nu. 4. Alex. cons. 115. vol. 1. Cenall. qu. com. contrà Commun. q. 378.*

27 Quæ conciliatio non congruit, cum *Martini* sētentia non sit iuris correctoria, sed interpretatiua, ideòq; haberi pro iure cōmuni, non autem consuetudinario debebit, ità ex *l. si de interpretatione 37. ff. de legib. Odofred. in l. minimè ff. cit. tit. Alex. d. l. post dotem, Angel. d. l. dos à patre, Bald. in l. 1. in fin. C. de bonis quælib.* & nouissimè *Thesau.* vbi supra *num. 5. 6.*

28 Idcircò arridet mihi *Facchinei cōcordia controu. iur. lib. 3. cap. 71.* quod videlicet *Bulgari* opinio de filia in potestate loquatur, illa verò *Martini* de filia emancipata, & ratio diuersitatis est, quia in bonis profectitijs, prout in

hac dote, de qua loquimur, filius in potestate existens, nec filium quidem potest habere hæredem, dum illa bona patri iure patriæ potestatis acquiruntur, §. 1. *auth. de hæred. ab intest. venient.* At secus in emancipata filia, quæ testamentum condere potest, & in his bonis hæredem habere, vt probauimus sup. quib. mod. ius pa. triæ potest.

29 Et quamuis dos ista à patre ad filiam emancipatam profecta dicatur profectitia, id est quo ad solum nomen, *l. si ab hostib. 10. ff. solut. matr.* secus autē quo ad ius, quoniam actio est propria ipsius filiæ emancipatæ, *l. 2. §. quod si in patris, ff. eo. tit. Constant. Roger. de dot. quæst. 10.*

30 Non omittendo, quod in Ciuitate nostra Neap. consuetudo viget, quod mulier habēs liberos, potest de dotibus suis, & alijs sibi ab agnatis, vel cognatis iure successionis, aut titulo lucratiuo obuenientibus disponere in sua vltima volūtate quo ad decimam partem tantùm, ex quo cæteræ partes ad filios, vel liberos pertinent, vt in *consuet. si qua moriens, tit. de mulier. habent. fil.*

31 Fateor 3. dotem ipsam dupliciter constitui posse, vel primo expresè, nempè per stipulationem, pactum nudum, per traditionem, per acceptilationem, per simplicem remissionē debiti, & per delegationē; vel secundo tacitè, quando e.g. mulier primo viro mille dedit in dotem, nam si nubat secundo, nec dotis quantitatem exprimat, tunc tacitè huic secundo videtur in dotem dedisse, quod priori dederat, nisi & filij prioris matrimonij adessent secundum *Bart. & DD. in l. diuus, ff. de iure iur. gl. & DD. in l. hac edict. C. de secund. nupt. Angel. hic n. 59.* vel nisi mulier esset minor,

nor, quo casu, nec tacitè videtur bona sua immobilia in dotem dedisse, quę nec etiam expressè absq; Iudicis decreto dare potuisset ad *tex. in l. lex, qua tutores 22. C. de adminis.* & *peric. tutor.* & de hoc latè *Constant. Roger. tract. de dot. cap. 3.*

12 Est enim valdè aduertendum ad constitutionē dotis, nam aliquando dātur res in dotem nulla facta æstimatione, & tūc dos etiam consentiente muliere nequibit alienari, quia nec alius præsumitur esse celebratus cōtractus, quam dotis, interdùm dātur prædia æstimata eo animo, vt æstimatio faciat emptionem, & tunc res nō remanet dotalis, adeò q illa potest alienari per virum etiam dissentiente vxore, sic etiam si simpliciter sint prædia data æstimata, nam in dubio æstimatio facit emptionē, ita ex *tex. l. quoties 5. C. de iur. dot. in l. plerumq; 11. ff. de iure dot. Natt. consil. 450. n. 4. & Roland. cons. 192. vol. 2. num. 9.* nisi in duobus casibus, in quibus æstimatio non facit emptionem, & quando æstimatio non responderet valori rei, ex *gl. in l. 1. §. 1. in princip ff. de super. Bald. in l. 1. q. 3. C. commoda. Salyc. in l. ex connectione, C. de pact. Aretin. cōs. 83. & Anton. Trigon. singul. 62.* & quando matrimonium non habuisset effectū, *Puteus in decis. Rot. Rom. 376. lib. 3. Paul. Aemil. dec. s. 333. part. 2.* & aliquando dantur res æstimatæ, vt non ignoretur valor rei, idque ad finem tantum sciendi eiusdem rei augumētū, vel diminutionem, quia tunc res remanet dotalis, *l. quod si fundus, 11. ff. de fund. dotal.* sed talis æstimatio operatur, vt possit fundus alienari cōsentiente vxore, *Bart. Bald. & Moderni in l. si æstimatis ff solut. matr. Boer. dec. 327. Borgnin. Caualcan.*

Cavalcan.decis.16.tit. de iudic. Ioseph Ludouic.decis.Perus. 10.89. *Caball. mill.*537. & ref.*Arism.Tepat.variar.iuris sentent. tit.* 462. *cap.*21. vbi etiam inquit, quod animalia,vestes,& similia, quando dantur in dotē,interest mariti, ne dentur ęstimata, quia tūc dumtaxat tenetur ad ipsarū rerum ęstimationem, si extent,secùs si æstimata,quo casu illis consumptis etiā in vsum mulieris, tenebitur maritus, ad restitutionem secundùm æstimationem,*Rol.d.consi.*92.*vol.*2.*nu.* 10.11.

Rerum summa.

1 *Patris amor in liberos maximus recensetur.*

2 *Pater non solùm nuptui tradere filiam nubilis ætatis tenetur,sed etiam dotare.*

3 *Dotare filiam numquid pater teneatur iure actionis, an autem Iudicis officio?*

4 *Verba legis ad Iudicem relata Iudicis officium important.*

5 *Iudicis officium nullam supponit obligationem,sed quomodò hoc intelligatur, vide n.7.*

6 *Verba coguntur, & similia necessitatem,& sic obligationem inducunt.*

8 *Pater tenetur dotare filiam etiam emancipatam.*

9 *Pater tenetur dotare filias illegitimas,& spurias, quando non habent ea, undè se dotare valeant.*

10 *Argumentum ab alimentis ad dotem validum est.*

11 *Pater legitimus tenetur filiam etiam diuitem dotare, at pater naturalis tantùm filiam bona habentem dotare non tenetur.*

12 *Pater naturalis tantùm non tenetur iure ciuili filiam dotare, sed ex præcepto iuris naturalis compellitur, quod non obligat,nisi in subsidium.*

13 *Dos filiæ naturalis tantùm restringenda erit ad quantitatem alimentorum.*

14 *Dos attenta consuetudine Neapolis debet dari secundum*

dum paragium.

Paragium potest esse maius legitima, vbi aliàs filia nequiret habere virum condignum.

15 *Dos data filiæ spuriæ ipsius morte extinguitur, nec proindè ad filios transibit, quod nouiter per Authorem declaratur, nu.* 16 17.

18 *Alimenta, vel dos spuriæ, an potius dari debeat secundùm facultates, & dignitatem patris, an verò secundùm indigentiam, & necessitatem? tres opiniones referuntur, quarũ verissima ea est, quod secundùm facultates patris, & probatur, n.* 20. 21. 22. *respond. argumentis contrarijs, n.* 23. 24.

25 *Textus dispositio in cap. cum haberet, ex. de eo. qui dux. in matrim. quam poll. per adult. locum etiam habet in foro seculari.*

26 *Filia dotari debet à patre toties, quoties opus fuerit.*

27 *Dos succedit in locum legitimæ, & vtraque refici à patre debet, si absq; culpa filiæ fuerit amissa.*

28 *Filia etiam si absque patris consensu indotata nupserit, dummodò viro digno, ab eodem patre consequi dotem valebit, idq; probatur, num.* 29. *& argumenta contraria refelluntur, nu.* 30.

31 *Pater inops, vel ære alieno grauatus dotare nõ tenetur.*

32 *Filiam ingratam non cogitur pater dotare, quamuis dos data prætextu ingratitudinis reuocari nequeat.*

33 *Pater non tenetur dotare filiam, quæ peccauit in corpus suum, nisi in certis casibus, num:* 34.

35 *Pater filiam hæreticam, vel iudæam non cogitur dotare.*

36 *Mater quando filiam dotare teneatur?*

37 *Filius diues, an teneatur matrem inopem dotare, si vellet ea conuolare ad secũdas nuptias? & vera sentẽtia est negatiua, vt num.* 38. *& contraria reijciuntur, num.* 39.

40 *Auus tenetur dotare neptem in subsidium; itaque non tenetur dotare, si pater habeat, vndè*

vndè filiam dotare valeat, nu.41.

42 *Neptis diues non debet ab auo dotari.*

43 *Auus paternus potius, quã mater in subsidiũ dotare tenetur, & magis auus paternus, quam maternus. nu.* 44.

45 *Frater in subsidium tenetur dotare sororem utrinque coniunctam, uel consanguineam.*

46 *Frater num teneatur dotare sororem vterinam? n.*48.49.

47 *Textui in lege cum plures,* § *cum tutor ff. de admin. & tutor. germanus accommodatur intellectus.*

50 *Frater clericus beneficiatus dotare tenetur sororem inopẽ de redditibus sui beneficij seruato modo* S. C. *Tridentini.*

51 *Frater non põt pactum apponere, quod soluto matrimonio dos ad ipsum reuertatur.*

52 *Soror nequit iterum dotem à fratre petere.*

53 *Fratris obligatio de dotando non extenditur à sororibus ad earum filios!*

54 *Vassallus tenetur in dote Baronem coadiuuare, si velit ille filiam, sororem, vel amitam maritare.*

55 *Socius bonorum omnium tenetur dotare filiam alterius socij.*

56 *Tex. in l. si socius pro filia, ff. pro soc. numquid loquatur de socio vniuersorum bonorum?*

57 *Fiscus dotare tenetur filiã eius, cuius bona publicauit.*

58 *Fiscus in ius priuati succedẽs, de euictione, ac illius debita soluere tenetur.*

59 *Fiscus an filiã rei læsæ maiestatis dotare teneatur? & magis communis opinio est, quod teneatur, de qua n.* 60. 61. 62. *sed altera sententia verior est, vt nu.*63. 64.65. *& respuuntur contraria, nu.* 66. *vbi nouus authoris intellectus ad l. quisquis, C. ad leg. Iul. maiest.*

PRAE-

PRÆLVDIVM QVARTVM.

De his, qui dotare tenentur.

1 INgentem patris amorē ergà liberos suos nullus affectus inuenitur extraneus, qui vincere valeat, *l. fin. C. de curat. furios.* liberos proindèq; amat parens, tamquam aliquid sui, & eis beneficia, vel essendi in generando, vel viuēdi in educando, vel discendi in informando, siue alia vbiq; confert, vt ait *Aristot. Ethicor. lib. 8.* quorum pleraq; ab initio voluntatis, & amoris erāt, modò ad necessitatem, & obligationem propè modùm protracta, 2 fuere, prout illud, quod nedùm teneatur pater nuptui tradere filiam nubilis ætatis (quam ætatem considerabant aliqui in 20. anno ex traditis per *Bald. nouel. de dote priuileg. 16. vers. vndè ex quo*, alij in 25. anno, vt concludebat *Thes. quæst. forens. lib. 1. q. 79. n. 7.* & meliùs *Fontanell. de pactis nuptial. tom. 1. claus. 4. gl. 2. nu. 28.* quamcunq; ætatem legitimam fore ostendebat, si illa viro digno nupserit,) verum etiam tenebitur pater eamdem filiam dotare, ex *l. qui liberos 19. ff. de ritu nupt. l. fin. C. de dotis promiss.* Barbos. *in l. 1. part. 4 nu. 4. ff solut. matrim. Gayll. practic. obseruat. lib. 2. obseruat. 95. Molin. de iustit. & iur. tractat. 2. disput. 424.* & alios refert *D. Iul. Capon. d. l. 1. ff sol. matrim. q. 4. nu. 3.*

3 Quæstionis tamen erat, vtrum pater compellatur filiam dotare iure actionis, an autem Iudicis officio?

In qua communis est contrà communem, vt testatur *Ceuall. practic. cōmun. contr. commun. quæst. 5.* verior tamen, & magis com-

 mu-

munis est, quod pater teneatur dotare Iudicis officio, ità *Bart.in l.mulier,§.cũ preponeretur.ff.ad S.C.Trebellian.Salyc.d.l.fin. C. de dot.promiss.nu.5.Guglicl. de Benedict.cap. Raynutius, in verbo, Dotem, nu.24.ex. de testam.Facchin.controu. iur. lib.13.cap.* 78. & *D.Capon. vbi sup.nu.* 4.

Probatur cõmunior hæc conclusio ex *d.l. qui liberos* 19.*ff.de rit.nupt.*ibi, *Ex constitutione Diuorum Seueri, & Antonini per Proconsules, Præsidesque prouinciarũ coguntur in matrimonium col-*
4 *locare*, & sic verba textus referuntur ad Iudicẽ, quoties.n. verba ad Iudicẽ referuntur, tunc Iudicis officium important, iuxtà notat.per *gl. & DD.in l.si soror.C.de collation.Bermond. Chouer.tract. de public.con-*
5 *cubin.in §.priuet.nu.6.* quod iudicis officium nullã supponit obligationem, *l.qui per collusionem* 51.*§.fin.ff.de action.empt. l. incommodato* 17.*§.sicut ff.commod.l.deducta* 58.*ff.ad S.C.Trebell.l.nõ quidquid* 40.*ff. de iudic. Alciat.Parerg.lib. 8.cap.3. Afin. de exequution.* §. 1.*cap.* 323.*nu.3.Valas.decis.* 172. *nu.*3.

6 Et si dicas ex verbis eius *text.* necessitatem induci, ibi, *coguntur*, ibi, *debito dotis*, ibi, *nexu obligationis*, verbum .n. coguntur non voluntatem, sed necessitatem præsefert, vt patet ex *Ciceron.*pro *Cælio*, ibi, *Neminem coegeris, ipsi conuenerint sua sponte*, quemadmodum verbum debet sui natura necessitatem prçcisam importat, & obligationem, *gl.in l.sæpè audiui, ff. de offic. præsid.Bart.in l.3.nu.3.C.de pignorib.Bald. in l. 1. in fin. C.qui admitti, Hadrian.Negusant. in sylu.respons.quæst.* 404.*nu.*15.

7 Respondeo, quod Iudicis officium saltem largè supponit obligationem, *glos.in l.si seruum, §.fin. ff. de verb. oblig.Andr.ab Exea tractat.*

de

de pact.num. 151. *Bim.conf.* 143.*nu.*4.& fatis eft,quod vel iudicis officio,vel iure actionis quis cogi poffit; nè dicatur volũtarius eius actus, ad *tex. in l.nouiſſimè* 7.*ff.quod falf.tut. auth. Caftr.in l.*2.*in fin.C.de bonifq; lib.*Berous *in cap.pofuit, nu.* 118.*ex.de locat. & conduct. Aldouin.conf.*15.*nu.*8. *Card.Tufc.litt.V,concluf.* 281. *nu.*3.& alios ref. *Giurb. ad confuetud.Meſſanenf.cap.*3. *gl.*2.*part.*6.*n.*5.

Pofito,quod primo,pater teneatur filiam dotare, hoc dilatatur,& reftringitur innumeris modis, &

8 primo dilatatur, vt pater teneatur dotare filiam emancipatam, ità Baez. *de non meliorand.filiab. cap.*7. *nu.*23. *Molin. de primogen. hifpan.lib.*2.*cap.*16. *nu.* 25. Boer.*decif.*131.*nu.* 6. & alij quos refert Barbof. *d. l.* 1. *part.*4.*nu.*3.*ff.fol.matrim.*& eft ratio, nã obligatio dotandi oritur ex affectione naturali,non autem ex iure patriæ poteftatis, vt in *cit.l.qui liberos.ff.de rit. nuptiar.l fin.C.de dot. promiſſ. l.dedit dotem* 6 *ff. de collat. bonor.*at qui affectus naturalis non tollitur per emãcipationem,hæc .n. poteft iura ciuilia dirimere, non autem naturalia,ad *tex. in l.iura fanguinis* 8 *ff. de reg. iur.*§.*emancipati,fup. de hæreditat.quę ab inteft. Afcan. Amerin.de patr.poteftat. effect.*14.*nu.*3. meritò pater eft obligatus dotare filiã etiam emancipatam.

9 Dilatatur 2. vt teneatur pater dotare filias etiam illegitimas, & fpurias, quando v3. non habent eæ,vndè fe dotare valeãt, *Bart.in auth. ex complexu, C.de inceſt.nupt.Surd. de aliment.tit.*1.*q.x.n.* 9. *Card. Paleot.tract.de noth.& fpur. cap.*49 *Peregrin. de iure fifc.lib.*3.*tit.*18.*nu.* 56. *Alex. Trentacinquius var.refolut. lib.*1.*de noth. & fpur. refol.* 2.*nu.*36.Baez. *vbi fup. cap.* 13.*nu.*16.*Barbof.d.l.*1.*part.*

4.*nu.*65.*Surd.conf.*310. ita decisum ref. *Capyc. decis.* 181.*Mastrill.decis.*144.*nu.* 21.*Anton. Fab. in suo Cod. lib.* 5. *tit.* 16. *de natural. lib. definit.*9.Idq; ex eo corro-
10 boratum venit, quoniam ab alimentis ad dotē validum est argumentum, & sic, qui tenetur alere, tenebitur etiam dotare; *N col. Euerard.in suis topic.legalib. loc. de alimentis ad dotem*, sed pater ex æquitate canonica tenetur filiam illegitimam alere, *cap.cum habere,ex. de eo, qui dux. in matrim.quam poll.per adult.* ergò, & dotare.

Dixi, quando non habent, vndè se dotare valeant, quandoquidèm discrimen est inter patrē legitimum, & patrem naturalem tantùm, dum pater legitimus filiam diuitem
11 dotare tenetur, *Baez. dict. tit. de non meliorand. filiab. cap.*2.*nu.*2.*Barbos.d.par.* 4. *nu.*169.*Gayll.pract. obseru. lib.*2.*obseru.*95.*nu.* 14. *Couarruu.in* 4.*decretal.part.* 2. *cap.*3.§.8.*Monter. decis.* 16. *n.*22.*Gamm. decis.* 377. & est fundamentum, quia pater filiam diuitem nequit legitima priuare, cum legitima filiæ etiam ditissimę debeatur, §. *aliud quoq*, *auth. vt cum de appellat. cognos. auth. licet*, C.*de natural.lib.* itaque in hoc casu potius accipitur argumentum de legitima ad dotem iuxtà tradita in *l. quoniam*, *nouell.*29.C.*de inoffic.test.*& dos, & legitima dicuntur æs alienum patris, vt per *Bart.in l.quæsitum*,§. *si sponsa*,*ff.de priuileg.credit.Natt. conf.*455.*nu.*89.*Tiraq. in l. si vnquam,in verbo,susceperit*,C.*de reuoc. donationibus*, *n.*112.*Menoch.de præsumpt. lib.*4.*præsumpt.*101. *nu.* 62. *Hadrian.Negusant.sylu. responsor.q.*493.*num.* 11.12. quàm quod accipiatur argumentum de alimentis ad dotem, quod saltem negatiuè non est validum, non n. sequitur, pater non tenetur

netur alere, igitur nec tenetur dotare, quia dos, & alimenta se habent tamquam excedens, & excessum, hinc si pater filiæ simpliciter alimenta præstitisset, videtur ea præstitisse animo repetendi, *l. Nesennius* 36. & ibi *Bart. ff. de negot. gest. l. fin. ff. de petition. hæredit.* & tamen si simpliciter dotem præstiterit, quã fortassis, vel ex maternis bonis, vel ex proprijs pręsumi potest dedisse, nihilominus ex proprijs bonis, & nõ animo repetendi dedisse videtur, *d. l. fin. C. de dot. promiss. l. profectitia* 5. §. *fin. ff. de iure dot.* At pater naturalis tantùm nõ tenetur dotare filiam habẽtem, vndè se dotare valeat, ita intelligitur *tex. in l. vxorem* 39. §. *pater naturalis, ff. de legat. 3. Bulgarin. & Bolognet. d. l. 1. ff. solut. matr. Paleott. de noth. & spur. cap.* 49. *nu.* 50. *Roland. cons.* 54. *num.* 52. *lib.* 2. *Couarruu. de sponsal. part.* 2. *cap.* 8. §. 1. *nu.* 11. *Fortun. de vltim. fine iur. nu.* 143. Sic etiam nec pater tenetur filium alere, si ille diues sit, vel artem habeat, vndè se substẽtare valeat, *l. si quis* 5. §. *sed si filius, C. de liber. agnosc. Bart. in l.* 1. *C. de mendicant. valid. lib.* 10.

12 Et ratio disparitatis inter patrem legitimum, & patrem naturalem ea est, quia pater naturalis non tenetur de iure ciuili filias dotare, sicuti pater legitimus, verùm tenetur ex pręcepto iuris naturalis, quod non obligat, nisi in subsidium, & quando filia non habet aliundè, *de Benedict. d. verb. Dotem, nu.* 45. *Couarruu. de sponsalib. part.* 5. *cap.* 8. §. 16. *nu.* 11.

13 Rursus discrimen est inter vtramq; filiam, quoniã dos filiæ naturalis est restringenda ad quantitatẽ alimentorum, & regulanda secundũ alimentorum iura *Bart. in l. fin. nu.* 7. *ff. de his quib. vt indign.* Bald. *in l. neque mater, C. de iure dot. Rip.*

in

in l.1.nu.67.ff.solut.matrim. Boer.*decis.*127.*num.*20.Capyc.*decis.*181.*nu.*1. *Gabriel. commun.conclus.lib.6.tit.de alim.conclus.*1.*n.*14. *D. Capon.d l.*1.*q.*4.*num.*45. quod non est in filia legitima, & naturali, cui congrua dos debet dari competens dignitati natalium, facultatibus patris, qualitati mariti, iuxtà legitimã, & consuetudinẽ regionis, *l. quaro* 61 *ff.de iure dot.l.si filia pater* 41.*ff.de legat.* 3. *Fulgos. cons.*22.Bald.*nouell.de dot. par.*5.*priuileg.*16.*col.*8 Brũ. *de statut.exclud.fœmin.ar.*9. *q.*1.*nu.*32. Cephal. *in consil.* 751.*nu.*11.*Menoch.de arbitrar.iudic.cas.*149.*nu.*38.*& seqq.*innumeri penès *Tiraquell.in l.si vnquam,§.susceperit,nu.*110.C.*de reuoc.donation.& Thesaur.dec.*192.

14 *in princip.* imò stante consuetudine in hac Ciuitate, *Eas autem,*sub *tit.de success. ab intest.*vbi dos debet dari secundùm paragium, & facultates, paragium prædictum potest esse maius legitima, vbi filia non reperiret virum sibi condignum, si dotem iuxtà legitimam tantùm haberet, ità ex Bald.*in auth.res quæ,* C.*commun.de legat.Iacob.de* Beluis.*in auth.de restitut.*& ea,quæ parit *Castrens. in l. mulier,*§.*cum proponeretur, ff.ad S.C.Trebell. Guglielm. de Cun.in l.cum is,*§ *si mulier,ff.de cõdict.indebit.Dec. cons.*26.*nu.*4.*Affl. in constit. Regn.in aliquibus,num.* 52. *Anton.de Alex.d.consuetud. in princip.*Camil. *Saler.*ibid. *Propè med. & D.de Franch. decis.*616.

15 Ex quo fit, quod cum dos data filiæ spuriæ succedat loco alimentorum, mortua filia, dos illa reuertitur ad dotantem, nec de illa disponere spuria valet, cum etiam alimenta morte alimentarij extinguantur, nec ad hæredes transeant, *l. cum ij* 8. §.*modus autem ff de trãsact. l.* 3 *ff.de aliment. & cib. leg.*

idq;

idq; nonnulli magis communiter ampliant, vt dos illa, nec ad filios spuriæ transire valeat, *Menoch.de arbitrar.iudic.caſ.169 n.10 Surd.de alim.tit.50.q.7 Rot. Ro.d.395.vol.vlt.in nouiſſ. D.Capon.loc cit.nu.49*

16 Argues cum *Paleott.de noth.& ſpur.cap.51.propè finem*, dotem dari spuriæ, tã pro ipsius substentatione, quàm filiorum, qui ex co matrimonio nascētur, igitur dos ad filios transibit.

17 Respondetur, quod hæc alimenta debentur subsidiariè, vt probauimus, & sic spurij, vel alimenta ex patris substantia consequentur, vel ex bonis aui materni, qui in subsidium alere tenetur, non solùm ipsos nepotes spurios, sed etiam eorum vxores, nepotesq; *Angel.in* §. 1. *ſub n. 5. ſupr. de iure naturali, Viu. opin.45.nu.19.& deciſ.523. Natt.conſ.* 278. *Viſcont. ad Franch.deciſ.*283

Sed replicabis circuitus inutilis est euitandus, *l.dominus 53. ff. de condict. indebit. cap. fin. ex. de dol. & contum.cum concord.* sed dos si rediret ad auum, nec ad filios transiret, hic circuitus inutilis locum haberet, cum teneretur postmodum auus eandem dotem dare pro alimentis, ergo ad euitandum circuitum hæc dos transibit in filios spuriæ.

Respondetur aliud esse transire dotem ad filios, quia transibit quo ad proprietatem & aliud habere alimenta ab auo, quæ alimenta in eorum uita tantùm durabunt, & sic quo ad vsumfructum.

18 At grauis erat dubietas, quomodò nam pater teneatur hæc alimenta spurijs dare, scilicèt secundũ ipsius patris diuitias, dignitatemq, an potiùs iuxtà necessariam vitæ substentationem? idq; ad sciendũ; numquid dos filiæ spuriæ splendidè solui debeat, an

vero

verò secũdùm indigentiã?

19 Tres sunt Scribentium sentẽtiæ, prima docuit debere splendidè dari iuxtà dignitatem, & facultates patris, ità *Caccialup. in l. si qua Illustris nu.42. C. ad S. C. Orfitian. Suarez de natural. liber. n.24. Bald. cõs. 258 vol.1. Corsett. singul. 3. verbo spurius, Chassan. in consuet. Burgund. rubr. 8. §. 3. nu. 11 Tell. Ceruann. & Anton. Gomez in l. 10. Taur. Molina de hispanorum primogen. lib. 2. cap. 15 nu. 55. Gregor. Lopez ibidem l. Taur. tit. 13. par. 6. Matien tit. 8. lib. 5. ordinament. gl. 1. nu. 10. & Frãchis decis. 283. nu. 18*

Secunda opinio ostendit alimenta spuriorum secundùm indigentiam, & necessitatem personæ taxanda fore nulla ratione habita dignitatis paternę, vel diuitiarum, sic *Bald.* sibi cõtrarius *in l. si maritus, ff. solut. matrim. Crot. in l. 1. §. si mihi, nu. 6. ff. de verb. obligat. Crauett. cons. 219. nu. 8. lib. 2. Aemilian. cons. 146. nu. 10 Chassan. in cons. 89. num. 55 Cordub. in l. si quis à liberis, §. idem rescripsit, nu. 48 ff. de liber. agnoscend Baez de non melior: filiab: cap: 8. num: 13. Rot: Roman. apud Benint. nd. decis: 22: nu: 8. Gamm. decis: Lusit: 343: nu: 4: Barbos. d: l. 1. part. 4. num 65. D. Capon. ibidem q. 4. sub numero 43.*

Tertia opinio fuit *Didac: Couarruu. de spons: & matrim part. 2. cap: 8. §. 6. nu:* 8. vt nimirùm iure canonũ alimenta solui debeant secundùm diuitias & dignitatem patris, iure autem ciuili secundùm indigentiam.

20 Ex quibus priorem veram agnosco, ac probo primo ex plerisq; Cæsarei iuris locis, in quibus alimenta deberi, vel spurijs filijs secundùm facultates patris, vel patrono secundùm opes liberti, vt ex *d. l. si quis à liberis 5. §. sed si filius, ff. de lib. agnosc.* ibi, *Competentes Iudices ali te à patre tuo inbe-*

bebunt pro modo facultatum eius, & insuper ex §. *de alimentis*, ibi, *De alimentis liberti arbiter soles dari arbitratutus, quantum sit in facultatibus, vt proindè possint alimenta moderari*, & ex *l. 2. C. de alend. lib.* ibi, *Competens iudex à filio te ali iubebit: si in ea facultate est, vt tibi alimenta præstare possit.*

His nituntur aduersarij satisfacere, quod scilicèt ea procedant in alimentis legitimorum filiorum, vel patronorum, quibus alimenta deberi de iure ciuili constat, at secùs in alimẽtis illegitimorum, quibus iura ciuilia omne paternæ substantiæ beneficium denegant, vt in *auth. ex cõplexu, C. de incest. nupt.* Quibus & si respondere possem non esse quæstionem, an debeantur, vel nõ alimenta de iure ciuili, & posito quod debeantur, quomodò sint taxanda, & ius prædictum ciuile illa moderanda fore secundũ facultates patris apertè statuit, tamen ad saturitatem eandem sententiam.

21 Probo secundo ex *text: in d. cap. cum haberes, ex. de eo qui dux. in matrim.* vbi S. P. loquitur de filijs illegitimis, quibus necessaria subministrari decreuit secundùm facultates patris, ibi, *Solicitudinis tamen tuæ intererit, vt vterque liberis suis secundùm quod eis suppetunt facultates, necessaria subministret*, sic procuratio exhiberi debebit secundũ facultates Ecclesiæ, *cap. so-*

22 *pitæ ex. de censib.* & quod ille *tex.* loquatur de filijs illegitimis, probãt *Couarruu. d. cap. 8. §. 6. n. 1. Duenn. regul. 366. ampliat. 4 Vasq. de successión. creat. lib. 2. §. 20. n. 314. Io. Lup. in cap. per vestras, notabil. 3. §. 10. n. 14 Anton. Gomes in l. 9. Tauri, nu. 38.* refert *Cordub. d. l. si quis, §. idem rescripsit, nu. 11: 17 ff. de liber. agnosc.*

At quia ex aduerso respondent textum illũ pon-

tificium debere intelligi, vt spurijs alimenta præstanda sint, quatenus viuere queant propter verba ibi posita, *necessaria*, & ibi, *quatenus suppetant facultates*, ità vt propter spuriorũ alimenta non debeat pater indigere, ac propria coarctare alimenta, *Thes. decis 211. nu. 3.* Idcircò

23 Probo tertio, & meliùs ex *tex. in l. sed & si quid 19. §. sufficienter ff. de vsufr.* ex eo enim modus alẽdi seruum fructuarium desumitur, quo fructuarius vtatur, non abutatur, & eum proindè alat secũdũ dignitatem, ibi, *sufficienter autem alere, & vestire debet secundùm ordinem, & dignitatem mancipiorum*, igitur si mancipia debent ali secũdùm dignitatem, quantò fortiùs filij spurij, qui adhùc filij sunt, ad *text. in l. parentes 6. ff. de in ius voc.* & consequẽter, melioris conditionis sunt apud patrẽ, quàm serui.

24 Quibus sic stantibus nõ officit primo, alimenta deberi spurijs iure canonum, quod potiùs sequutũ fuit iuris naturalis æquitatem, quam iuris ciuilis rigorẽ, at quirius naturale obligat tantùm ad alimenta necessaria pro vitæ substentatione, *cap. pasce. dist. 86.* igitur spurijs debentur alimenta secundùm indigentiam, nõ autem dignitatem personæ.

Nam respondeo, quod ius canonicũ sequitur ius naturale quo ad illud, vt spurijs alimenta debeãtur, at quo ad illud quanta debeantur alimẽta, sequitur ius ciuile, dum in *d. cap. cum haberet*, ait, *secundùm facultates*, & subijciebat *Molin. loc. cit.* nõ esse canonicæ æquitati satisfactum, si filio spurio illustri, vel nobili solum illud pro alimentis præstaretur, quo Natura contenta est, sed citiùs præstanda erunt secũdùm illius dignitatem.

25 Po-

25 Postremò nõ officit tertia opinio, ac *Didac.Couar.* conclusio, vel distinctio, nam in hac alimentorum materia distinctio fori non est habenda inter ius canonicum, & ciuile, si quidẽ in vtroque foro spurij sũt alendi secũdùm præcepta *d cap.cum haberet*, quoniam materies illa peccatum, siuè homicidium concernit, cum, qui alimoniam denegat, necare videatur, *l.4.ff. de lib.agnosc.* & in his quibus peccatum inest, seruatur ius pontificiũ in vtroq; foro, *cap fin.ex de præscript. cap.nouit, de iudic. Berous in cap.in præsentia, n.31.de probationib. Rol.cons.54. n. 62.*
26 *vol.2.* & quod dispositio *tex.d.cap. cum haberet*, seruetur in foro laicali, tenẽt in *eod. cap. cũ haberet, Abb. Cardin.& reliqu. Rip.in rubric ff.de verb.oblig.nu. 58. Neuzan.in sylu. nuptial. in verbo, Est nubendum, lib. 3. Padill.in auth.resq; nu. 65. C.comm.delegat.Orosc. in l. 1.§.ius naturale, nu. 19.ff de instit. & iur. Duenn. in reg. 366.limitat. 4. Vasq.de successión.creat.lib.2.§. 20. nu. 313. Valeot.de noth.& spur. cap.47.Cap.yc.decis.164.nu.* 2.& alij per *Cordub.* relati vbi supra *nu. 17.*

27 Dilatatur 3. conclusio illa, quod pater filiam dotare teneatur, vt procedat toties, quoties opus fuerit, *Bart. Bald. in l. si socius pro filia.ff.pro soc.Soccin.iunior. consil.75.col.3.Baptist.de S. Blas. de priuileg. dotis priuileg.150. Gugliel.de Ludouic.singul.110. Baez.de non melior.filiab.cap.16.nu. 32.* & alij penès *Gratian.decis. 95.nu.11.* dummodò ipsa mulier absq; dolo, vel culpa dotem cõsũpserit, aliàs nõ tenebitur pater denuò dotare, *Bart. & Alex.in l.si cum dotem, §. 1.ff.sol. matr. Rip.in l.2.§.2.nu.7.ff.cit. tit. Boer.decis.131.nu.5.Menoch.de arbitrar.Iud.lib.2.cas. 182.n.57.Raudens. de analog.c.12.n.33. Gomes Leon.*

in decis.diuers.decis. 15. *Osasc.decis.* 124. *nu.* 5. *Giurb. decis.Sicil* 64.*nu.*10. *D. Capon.nu.*17.

28 Cuius extensionis ratio est, quia dos succedit in locum legitimæ *d.l. quoniã nouella* 29.*C.de inoff.test.* & diximus sup. sed legitima à patre data filio, si absq; eiusdem filij culpa amittatur, debebit ab eodem patre refici, vt in puncto huius ampliationis docet *Anton.Fab.in suo Codic.lib.* 5.*tit.*6.*de dot.promiss. defin.* 13.ergò ita etiam dos erit iterum à patre filiæ cõstituenda.

29 Dilatatur 4. vt etiam si filia sine consensu patris indotata nupserit, modo viro digno sit nupta, dotẽ ab eodem patre consequi valeat, *Nicol. de Neap. in rub ff.solut.matrim. Castr.in l.si socer, sub nu.* 4. *ff.cit.tit. Abb.in cap.*1.*ex.de despons. impub.Campeg.de dot.par.*1. *q.*13. *Facchin. contron. iur. lib.*3.*cap.*45.*Ias.& Oinot.in præs.* §. *Chassan. in consuet. Burg.tit.des iustices,* §.4.*gl.* 3.*nu.*16. *Pappon.in lib. placit.Cur.lib.* 15. *tit.* 4.*arrest.* 22.*Matthesilan.in sing.*105. *Hartmann.lib.*1.*cap.*2.*tit.de dot.Boer.decis.*136.*num.* 8. *Gayll.practic.obseru. lib.* 2. *obseruat.*95.*Tiraquel.tract. cessant.causs. limit.*22.*nu.*9. *Barbos.d.l.*1.*part.*4. *nu.* 26. *Baez.vbi sup.cap.* 50.*nu.*4. *Cancer.var.resol.par.*3.*cap.* 11.*de sponsalib.nu.*33.*Gutierrez practic.qq.lib.* 2.*q.*1. *R.Consil.*10. *Andr. de Georg. allegat.*9.*nu.*37.

30 Et hæc opinio probatur, primò, quia hodie iure canonum non est opus consensu patris in nuptijs per filios cõtrahendis, *cap.sufficiat* 27.*q.*2.*cap.fin.* iuncta *gl.*32.*q.*2.*cap.cum apud.ex. de sponsalib.Canonist.in cap. veniens, ex.cit.tit. Menoch. de præsumpt.lib.*4.*præsumpt.* 189.*nu.*60. *Barz. decis.Bonon.*29 & tamen pater tenetur dotare, ergò non per hoc, quod patris consensus

ſus haud interuenerit,filia dote priuari debebit.

Secundò,quia negotiorum geſtor,ſi vtile negotiũ fecerit,negotiorũ geſtorũ actionem contrariam conſequitur ad repetendum contrà eum,cuius negotiũ vtiliter fecit,*l.2.in fin l.qui ſeruum 43.l.mandaſti 48.in fin.ff.de negot.geſt.* ſed filia vtile negotium fecit, hoc eſt id, ad quod tenebatur pater, ergò non eſt ei imputandum,nec eã ob cauſſam dotem amittere debet.

Tertiò,facit *text. in d l. fin.C.de dot.promiſſ.* vbi cẽtã ſi filia quid proprij habeat, pater nihilominus de bonis paternis eã dotare tenetur, & in dubio dotãdo ſimpliciter filiam, videtur dotaſſe de bonis proprijs, vt ſuo ſatisfaciat muneri, latè *Menoch. de præſumpt. lib.3.præſumpt.15.nu.6. Petr.Greg.ſyntagm. iur. vniu. lib.9.cap.18.Gerard.de Petraſanct.ſingul.71. Barboſ. d.part.4.nu.142.Surd.conſ. 192.nu.92.vol. 2. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. lib.12 tit.19. & Anto. Fab. lib.5.Codic.tit.6.definit. 10.* igitur ſemper pater dotare tenetur.

31 Argues, quod ceſſante ratione legis, ceſſare debebit eius diſpoſitio,*vulg. l.adigere 6.§.quamuis,ff.de iure patron.* ſed in caſu, vbi filia eſt nupta, ceſſat ratio, cur pater eam dotare teneatur, igitur, & diſpoſitio,quod vʒ.pater ſit obligatus dotare. Minor probatur, nam ideò pater tenetur dotare filiã,vt maritum inueniat, ſed filia nupta iam inuenit maritum, ergò ceſſat ratio.

Reſpondeo,diſting.maior. ceſſante ratione,ceſſat diſpoſitio, quando vnica ſubeſt ratio,& ea ceſſat,& conced. quando ſunt plures rationes,&neg.etenim pater non ſolùm tenetur filiam dotare,vt ea maritũ inueniat,ſed alia ratione,

vt

vt possint ex dote matrimonij onera substineri, *l. pro oneribus* 20. *C. de iure dot.* & facit *tex. in d. l. qui liberos ff. de rit. nupt.* ex quo desumi probauimus patrem non solùm teneri nuptui filiã tradere, sed etiã copulatiuè dotare, & sic licèt cesset prima ratio, superest tamen secunda quę sufficiens est ad retinendã patris obligationem, §. *affinitatis, sup de nupt. las. authent. res quæ, C. commũ. de leg. Couarruu. de sponsal. & matr. part. 2. cap.* 3. §. 8. *n.* 7.

Hæc conclusio sic multifariam dilatata restrin-
32 gitur primò, nè teneatur pater filiam dotare, quando est inops, vel ære alieno grauatus, aliàs dos nulla erit secundùm *Bald. d. l. fin. C. de dot. promiss.*

Probatur hæc limitatio primò, quia dos debet cõstitui secundùm qualitatẽ personarum, & facultates patris, *d. l. quæro* 61. *l. cum post* 70. §. *gen. ff. de iure dot.* ergò vbi non sunt facultates, ibi nulla dos erit.

Secundò, ex *tex. in l. ait prætor* 10. §. *si cum mulier. ff. quę in fraud. credit.* vbi expressis verbis habetur, ꝙ pater nequeat in fraudem creditorum filiæ dotem constituere.

33 Restringitur secundò, vt nec possit pater cogi dotare filiam ingratã, quãuis si iam dos esset data, non potest reuocari prætextu ingratitudinis, *Bart. & Imol. in l. post dotem. ff. sol. matrim. Bald. d. l. fin. las. hic nu.* 117. *& Otnot. nu.* 86. & probatur, quia ingratitudo tollit debitum Naturę, §. *optimè, auth. de nupt.* quãobrem filius exhæredari potest, §. *aliud quoq; auth. vt cum de appellat. cognoscit.*

34 Restringitur tertiò, vt pater non teneatur dotare filiã, quæ peccauit in corpus suum, *Campeg. de dot.*
35 *part.* 1. *q.* 13. *nu.* 3. cum & filia meretrix exhæredari possit, *l. si filiam* 19. *C. de inoff.*

inoff.testam. Arismin. Tepat. variar.iur.sentēt.tom. 2. *tit.* 607.*cap.*8.§.4.nisi pater eã distulisset maritare post 25.annos,*auth.sed si post,C. cit.tit. de inoff. test.* vel pœnitentiam egerit,*arg.tex.in l.imperialis* 23. §.*prasēti*, C. *de nupt. Speculat. in tit. qui fil.sint legit. nu.* 16. *Gomez Leon. in decis. diuers. decis.* 45.*Osasc.decis*,124.*n.*14.*&* *Id.Tepat. loco mox cit.* §. 9.

36 Restringitur vltimò, vt pater filiam hereticam,vel iudæam dotare non cogatur,*gl.singul.in l.si verò, ff. dein rē, vers. ex text. in l.cognouimus* 10. C. *de haretic.* vbi concluditur,quod hæretici non succedunt parentibus, siuè orthodoxis, siuè hæreticis,sed ab omni beneficio repelluntur, ac fiscus solus succedit.

37 Secundò, principaliter vltrà patrem tenetur etiã mater dotare filiam, verũ ex iusta probabiliq;caussa, quia regulariter non tenetur, dum hoc est officium paternum,non autem maternum,ex *l.neq; mater* 14. *C.de iure dot. D. Capon.d.l.* 1.*ff.sol.matr.q.*4.*n.*68.

Dixi ex iusta, & probabili caussa,nimirũ si pater inopia laboraret,mater verò diues foret,hoc enim casu reponitur mater in locum patris, & obligatio illa, qua pater teneretur, si diues esset, transfunderetur in matrem, perindè, ac si esset pater,ità ex *d. l. neq;mater, Menoch. de arbitrar.Iudic.lib.*2.*cas.* 460. *Intriglio*l.*decis.Sicil.*4 *n.*15 *D.de Frāch.dec.*435. *Boer. decis.*129.*n.*3. *Costa de remed.subsid.remed.* 65. *Surd. de alim.tit.*1.*q.*14.*num.* 13. *Bart. & Bald.in auth. res quæ, C.comm deleg. Iacob.de Aren.& Petr.in d.l.neq;mater. Angel. in l.à filia ff. ad S C.Trebell.& Roman.in d. l.*1.*ff.sol mat.Ias. hic n.*115. Vel si mater esset hæretica,aut iudæa, & filia christiana, quo casu tenebitur etiam filiam dotare,ex *tex.*

in

in d.l.cognouimus 10. *C. de hæretic.gl. d. l. neq; mater*, *Cyn.in auth. gazaros*, *C. de hæretic.Specul.tit.qui fil.sint legit.*§.1.*verf.quid si pater*, *Iaf.d.n.*115. *& Oinot.sub n.* 92.& in hoc casu, quando mater, vel etiam auus à lege [illegible]guntur dotare in pænam, puta quando catholici non sunt, tunc debent iuxtà modum facultatum suarum dotem constituere neptibus, vel alijs, *Lup. in repetit.rubr.C. de donation. inter vir. & vxor.* §. *hodie tamen*, *nu.*4.*Osasc.dec.* 107. *nu.*5.*Paul.Aemil.decis.Rot.* 273.*part.*2.*Io.Baccan.sing.* 8.ref. *Arism.Tepat.var.iur. sentent.tit.*456.*col.* 6.§. *qui teneantur dotare*.

38 Sed ex contrario rogabis, nũ filius diues teneatur matrem inopem dotare, si velit illa ad secundas conuolare nuptias?

Affirmatiuam sententiã prima inspectione tenent *Bald.nouell. de dot. part.* 6. *special.*15.*Boer. decis.* 129. *n.*10.*Rip.in d.l.*1.*ff.sol. mat. nu.*28. & alij relati per *Io. Baptist.Cost.de remed.subsidiar.remed.*65.*nu.* 9. *& D. Capon.d.q* 4.*sub nu.*70.& ij mouebantur his præcipuis duabus rationibus, primò, nam eadem debet esse charitas filiorũ ergà matrem, quæ est matris ergà filios, *l.furiosæ matris*4.*ff.de curat.furios.* ergò si mater dotat filios inopes, quãdo diues est, etiam filij dotabunt matrem pauperem, si locupletes fuerint.

Dicebant secũdò, quod qui tenetur vitæ subuenire, tenetur etiã famæ succurrere, cum honor, & vita pari passu procedant, *l. iusta* 9.vbi *gl.ff de manumiss. vindict.* sed filius tenetur vitæ matris periclitantis subuenire, ac illi alimenta præstare, *l. filia* 5.*C.de patr. potest.l.*1.*C. de alend.liber. l.*1.§. *sed & nonnullas*, *ff. de tutel. & ration. distrah. l. si quis à liberis* 5.*in fine*, *ff.de lib.agnosc.* cum alijs cumulatis

latis per *Surd. de alim. tit. 1. q. 22.* ergò tenetur etiam succurrere famæ.

39 Verùm his minimè receptis negatiuè concludẽdum fore arbitror cũ *Alex. et Rip. d. l. 1. ff. sol. matr. Petr. de Rauenn. in sing. 196. Cãpeg. de dot. p. 1. qu. 21. Oinot. hic n. 93. Barbos. d. p. 4. nu. 136. Baeza d. cap. 12. n. 46. Osasc. decis. 124. nu. 4. Viu. decis. 187. n. 8. Surd. d. tit. 1. q. 22. nu. 7. et Arism. Tepat. d. cap. qui teneantur dotare, vel non.*

Pro qua opinione benè facit primò, *text. in l. si viuens 3. C. de præscript. longi temporis*, vbi mater non potest dotem vitrico cõstituere super prædio filiorum prioris matrimonij, igitur clarum est, quod filius ex proprijs rebus nõ tenetur matri dotem assignare.

Accedunt secundò iura *in l. tutor secundùm dignitatem 14. §. fin. ff. de administ. tut. l. 1. §. de seruis, ff. de tut. et ration. distrah.* quibus ex iuribus desumitur nuptialia munera pupillorũ matribus per tutores non deberi.

Sed dicunt aduersarij leges illas non loqui de dote, quę necessariò dari debet, sed de muneribus, quæ ex liberalitate proueniunt, & leges illæ non sũt ad consequentiam trahendæ.

Verùm respõdeo, quod cùm leges illæ mentionem faciant de munere, volũt loqui de debito ex caussa, interest. n. inter donum, & munus, si quidem munus est donum cum caussa, *l. inter donum 194. ff. de verb. signific.* sub quo venire etiã dotem probari potest, *arg. tex. in l. Attilius Regulus 27. ff. de donat.*

Facit tertiò, *tex. in l. si à matre 13. C. de iure dot.* ibi, *Si à matre vestra superstite aliquid ad vos pertinens in dotem scienti vitrico vestro datum est, intelligitis nullam*

firmitatem iurii dationem habere, si neque pollicitatio, neque stipulatio intercessit, ergò filius non debet dotem matri..

Vltimò adducitur, quod per nouum matris matrimonium filius maxima afficitur iniuria, ad *tex. in §. solũ, auth. de nupt.* & in *auth. prospeximus, auth. de nõ el. gr. secundò nubent.* imò & iniuriam facit marito defuncto patri ipsius filij, §. *si autem tutelam, vers. nos autem, auth. de nupt.* per quem *tex.* consuluit *Alex. in cons. 20. vol. 1.* quod anima defuncti cõtristatur, & eius memoriæ fit iniuria per transitum ad secũdas nuptias, sed nemo cogitur ad iniuriam suam pecuniam conferre, vel pecunia sua emere per quod sibi irrogetur iniuria, *arg. tex. in l. præses 6. C. de seruit. et aqu. in l. qui accusare 4. C. de edend. l. nimis graue 6. C. de testib.* ergo propter egestatem matris non tenetur filius sibi ipsi iniuriari.

Dices cum *D. Capon.* vanam esse huiusmodi tristitiam mariti, & antè eum *Molin. de rit. nuptiar. lib. 3. q. 67. nu. 18. Thesaur. quæst. forens. lib. 1 q. 28. n. 6.*

Respondeo, quod licèt Poeticum sit illud Sichei, cuius anima Didonis ob tentatas nuptias contristari dicebatur, est tamen imperiale quoq; dictum *in §. nos igitur, auth. de nupt.* ibi, *Et accipiendi quod relictum est, et per omnia contristiandi priorem maritum.*

40 Non deniq; argumenta pro cõtraria opinione adducta efficiunt, quoniam procedunt, quãdo militaret eadem, vel par ratio, siuè non sequeretur iniuria filiorum, ordinata enim charitas à seipso incipit, *d. l. cum præses 6.* quæ regula procedit, tùm quoad vitã, tùm etiam quoad famam stante æquiparatione suprà facta vitæ, & honoris:

41 Tertiò, principaliter tenetur

netur auus in subsidium neptem dotare, vt patet ex verbis *tex.in l.dedit dotē 6.ff.de collat.bon. Quippè officium aui circà neptem ex officio patris ergà filium pendet, et quia pater filiæ, ideò auus propter filium nepti dotem dare debet*, concordat *text. in l. et ideò 7.§.fin.ff.de in rem,vers.*ibi, *si filiusfamil. pecuniam mutuatus pro filia sua dotē dederit, in rem versum patris videtur, quatenus auus pro nepte daturus fuit*, & tenent *Rip.in cit.l.1.nu.74.ff.solut. matrim.Salyc in l. fin. C. de dotis promiss.Ias.hic nu.*103. *Intrigliol.decis.Sicil.*4.*n.* 14. *et seqq.Rot.Rom.decis.*526. *nu.*5.*par.*1. in nouiss. ead. *Rot.apud Seraph.dec.* 447. & apud *Farinacc.dec.*233. *vol. vlt.*

42 Itaq; nō tenebitur auus, quando pater aliundè habet, ex quo dotare filiam queat, ità *Socc.iun.d.l.1.nu.*19.*ff.solut. matrim.* alij penès *Menoch.in cons.*183.*n.* 14.*vol.*2.*Facchin.contr.lib.*10.*cap.*40.*Gamm.dec.* Portugall.34.*Spin.in specul.testament.gl.* 11.*de relictis pro dot.nu.* 39.

Probatur primò, ex *l. profectitia* 5.§.*si filius,ff. de iure dot.* vbi filiusfamil.qui post mortem patris dotem soluit filiæ suę promissam, non soluit illam,tamquam æs alienum patris, & de illius hæreditate, sed de proprio, igitur quando filius habet,ipse dotare tenetur,non auus.

Corroboratur secundò à fortiori,valet enim argumentum de alimentis ad dotem negatiuè,sed pater non tenetur dare huic filio alimenta,si diues sit, *d. l.si quis* 5.§.*sed si filius.ff.de lib. agnoscend.* ergò nec dotē, cum maius incommodum sit dotis dandæ, quam alimentorum.

Postremò firmatur, quia vbicunq; duo sunt obligati, verùm eorum alter est obligatus principaliter,

alter verò secundariò, tūc soluere tenetur ille, qui principaliter est obligatus, & posteà in subsidium, qui fuit obligatus accessoriè, & secundariò, vt de principali debitore, & fideiussore habetur, qui fideiussor accessoriè obligatus, conueniri nequit, nisi in subsidium, & principali debitore excusso, *auth præsente*, C. *de fideiuss.* & in *authent. de fideiuss. in princip. l. decem* 116. vbi DD. *ff. de verb. obligation. Hippolyt. in rubr. de fideiussor. num.* 7. 8. *Soccin. in regul.* 134. *Guid. Pap. decis.* 94. *Affl. decis.* 318. & alios cumulat. *Pirr. Maur. Aret. tract. de fideiuss. part.* 2. *princip. sect.* 5. *cap.* 4. *n.* 6. *seqq.* sed pater, & auus sunt hoc modo obligati, vt scilicèt, pater sit obligatus principaliter, auus verò in subsidium, *d. l. dedit dotem*, & probat *Baez. de non meliorand. filiab. cap.* 7. *nu.* 16. igitur auus tenetur in subsidium.

43 Sic etiā si neptis sit diues, nec tenebitur auus, ratio est, quia non tenetur auus propter se, sed propter filiam, ergò si filius habens, liberat patrem, etiam eū liberabit neptis habens, cum minùs debeat auus nepti, quā filio, *Bald. nouel. de dot. part.* 6. *priuileg.* 16. *Fontanell. de pactis nuptialibus tom.* 2. *clauf.* 5. *gl.* 3. *part.* 1.

44 Dubitabis, an concurrentibus matre, & auo paterno diuitibus teneatur potiùs auus, quàm mater dotare in subsidium?

Respondetur affirmatiuè, tùm quia paternum est officium dotare filias, *d. l. fin.* C. *de dot. promiss.* tū etiā quia onus alēdi primo loco est adimplendū ab auo paterno, & non à matre, *l. penult.* vbi DD *ff. de liber. agnosc.* de communi *Barbos.* vbi sup. *num.* 123.

45 Similiter concurrentibus auo paterno, & materno, paternus etiam primo loco

loco cogi debebit, cũ descẽdentes per lineam fæmininam nõ sint de familia aui materni, sed solùm paterni, & licèt simul succedant auus paternus & maternus nepoti, tamen nihil officit, quin prius sit cogendus auus paternus, quàm maternus, dũ obligatio dotandi, & alendi diuersissima est à iure succedendi, nam pater, & mater simul succedunt filio, ex *dispositione auth. defuncto*, C. *ad S. C. Tertull.* & tñ pater regulariter alere filios, & dotare debet, *d.l.pẽ. ff. de lib. agnosc. d. l. fin.* C. *de dot. promiss.*

46 Quartò, frater tenetur sororem inopem dotare, sed in subsidium, quod dictum intelligunt verum fore Scribẽtes in sorore vtrinque coniuncta, vel consanguinea, ex *l. 1. ff. de tutel. & ration. distrah. gl. in l. cũ plures, §. cum tutor, ff. de admini st. tut. Ioan. Lup. in cap. per vestras, notabil. 3. §. fin. n. 3. de donat. inter vir. & vxor. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 25. n. 13. Pinell. in l. 1. C. de bon. matern. part. 3. n. 105. Tiraq. in l. boues, §. hoc sermone, lim. 9. n. 24. ff. de verb. signific. Affl. decis. 371. n. 3. Franch. decis. 73. n. 4. Cost. de remed. subsid. remed. 66. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 16. nu. 31. Molin. de iustit. & iur. disput. 224. Excobar de ratioc. cap. 22. nu. 51. Giurb. in Consuet. Messan. cap. 3. gl. 3. part. 1. n. 57. D. Capon. d l. 1. part. 4. num. 73.*

47 At dubitarunt in sorore vterina, cum magis communiter dixerint aliqui fratrem non teneri dotare sororem vterinam, ità de communi testatur, *Rip. d. l. 1. ff. sol. matrim. nu. 83. Bald. Nouell. par. 6. priuileg. 16. Ludou. de Surd. tract. de legitim. ff. de oblig. inter patr. & fil. n. 5. Bald. in l. qui filium ff. vbi pupillus educari debeat, Boer. decis. 121. nu. 9.* alij penès *Cordub. in d. l. 5. §. idem*

idem rescripsit ff. de lib. agnosc. n. 93. D. Capon. vbi sup. nu. 75.

48 Idq; sibi suadebant ex celebri *tex. d. l. cum plures 13. §. cum tutor. ff. de admininist. tut.* vbi tutor circà pupilli personam expendere poterit, quod eiusdem pupilli moribus honestati, & conditioni congruit, sed non tenebitur sorori vterinæ pupilli dotem dare, ibi, *Sed non dabit dotem sorori pupilli alio patre natæ, etiam si aliter ea nubere nõ poterit, nàm etsi honestè fieret, ex liberalitate tamen fit, quæ seruanda arbitrio pupilli erit.*

Sed hic textus iure procedebat ãtiquo, quo agnati à cognatis distinguebãtur, proindè cum hodie sublatũ sit agnationis, cognationisq; discrimen, *§. nullam verò, auth. de hered. ab intest. ven.* neque illius dispositionem seruari congruit, quarè.

49 Cum ea transire volui Conclusione, quod frater sororem quoq; vterinam dotare teneatur, ità *Cyn. in l. 1. q. 2. C. de alend. liber. Tiraquell. de iure primigen. q. 62. nu. 5. & seq. Surd. de aliment. tit. 1. q. 25. nu. 19.* & ex *Campeg.* Rol. & alijs, *Molfes. ad Consuet. Neap. par. 5. tit. de alimẽt. prastand. quæst. 21. n. 23.*

50 Et hæc Conclusio eo primum fulcitur argumento, quod alendi, & dotandi necessitas venit ex affectione, vel charitate, quæ affectio ità cadit in sororem consanguineam, sicuti in vterinam, *l. maximum vitium 4. C. de liber. prater.* eo magis, quia vterina, soror est, quemadmodum frater dicitur etiam, qui ex altero tantùm parente venit, *l. iurisconsultus 10. §. secundo gradu. ff. de gradib. affinit.* & tàm soror consanguinea, quam vterina sunt in eod. m gradu, *Surd. vbi sup.* Deindè inter vterinos datur ius successionis, *auth. post fratres C. de suis,*

suis, & legit. hæred. ergo & ius dotandi, vel alendi.

51 Firmata conclusione, quod frater teneatur sororem dotare, modò illa dilatatur primò, vt etiã frater clericus beneficiatus de redditibus beneficij sui sororem teneatur dotare in subsidium eo seruato modo, qui traditus fuit in *S.C.T. sess. 25. cap. 1. de reformat.* nè videlicèt ex ea dotatione coniuncti locupletentur, sed eatenus dotatio permittitur, quatenus fiat, nè egeant, & maritum inueniant *Boer. decis. 129. n. 8. Capell. Tholos. decis. 295. in addit. Rebell. tit. de obligat. iust. q. 4. n. 22. & Rot. Rom. apud Farinacc. decis. 269.*

52 Ampliatur secundò, vt in eo casu, quo frater sororem dotare tenetur, non possit pactum apponere, quod soluto matrimonio dos ad ipsum fratrem dotantem reuertatur, *D. Capon. nu. 82.* & ratio disparitatis inter patrem, & fratrem est, quod ideò potest pater dotem, quã pro filia dedit, stipulari sibi restitui in casũ dissoluti matrimonij, quoniam de modico filiæ præiudicio agitur, cui eandem reseruari dotem pro secundis nuptijs diximus supra. At secus in fratre, qui non tenetur iterum dotare, *Barbos. d. l. 1. par. 4 ff. solut. matrim. nu. 140.*

53 Limitatur primò, vt soror siuè nupserit cùm dote, siuè absque dote non possit amplius petere dotem à fratre, si is non sit hæres patris, eiusq; bona habeat, secus si paterna habeat bona, quia tunc dotare tenetur, *Ruin. cõs. 121. nu. 7. vol. 5. Gabriel. in cons. 153. in fine vol. 1. Petr. Greg. de dot. part. 1 q. 9. nu. 5.* alijs ref. *Giurb. ad consuet. Messan par. 1 cap. 3. gl. 3. nu. 58.*

54 Limitatur secundò, vt hæc fratris obligatio non extendatur ad filias sororum,

rum, cum id iure cautum non reperiatur, ità *Barb. vbi sup. nu.* 142. *Cost. d. remed.* 65. *n.* 4. *Surd. de alimēt. tit.* 1. *q.* 28. *nu.* 5. *Rebell. d. q.* 4. *n.* 26. *& D. Capon. nu.* 85. qui aduertit ex *Franch. decis.* 178. nec etiam ipsis nepotibus alimenta à patre deberi, & quod alimentorum obligatio non excedat lineæ trāsuersalis primum gradum.

55 Quintò principaliter Vassallus tenetur in dote cōstituenda Baronem coadiuuare, quotiescunque Baro vult sororem, amitam, vel filiam maritare, & hoc dicitur adiutorium, quod ex hac, & alijs similibus causis præstari solet, vt in *pramg.* 1. *de Baronib.* quod adiutorium soluitur ad rationem carolenorum quinque pro foculario, *Vrsill. ad Affl. decis.* 136. *Capitlanc. de authorit. Baron. pragm.* 1. *& Capon. vbi sup. nu.* 94. *& seq.*

56 Sextò, socius bonorum omnium ad filias alterius socij ex bonis communibus dotandas tenetur, nec propterea dotes datas diuisionis tempore imputandas fore in portionem patris scripserunt, *Natt. cons.* 91. *lib.* 1. *Rol. cons.* 91. *vol.* 1. *Menoch. de arbitr. iudic. cās.* 127. *n.* 3. *Thobias Non. cons.* 64. *Facch. controu. lib.* 8. *cap.* 4. *Hect. Felic. de societ. cap.* 26. *n.* 21. *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. tom.* 1. *lib.* 6. *tit.* 2. *per tot. Fontanell. de pactis nuptial. tom.* 2. *clausul.* 5. *gl.* 4. *Caroc. decis.* 102. *per tot. Vn. decis.* 331. *& Raud. decis. pisan.* 1. *n.* 46.

Probatur hæc opinio, nàm quidquid in honorem liberorū alterius socij est erogatum, societati imputatur, *l. si societatem vniuersarum* 74. *ff. pro soc.* ibi, *& quoque, quæ in honorem alterius liberorū erogata sunt, vtrinsq; imputanda*, at qui dos in honorem filiæ erogatur, ergò societati imputatur.

Con-

Concordat alia iura in *l. ex parte* 40. *§. filius ff. famil. ercisc.* & *in l. si fratres* 53. *§. idem Papinianus ff. pro soc.*

57 Et licet pro altera sententia, quæ quoq; communis est, vt testantur, *Anton. Gabriel lib. 3. commun. conclus. tit. de iur. dot. conclus. 2. Paul. Grauat. lib. 1. theorem. 1. & Peregrin. consl. 124. vol. 5.* allegetur *tex. in l. si socius pro filia* 82. *ff. pro soc.* & propriè in ijs verbis, *Si fortè conuenisset inter socios, vt de communi dos constitueretur*, hinc filia alterius socij tūc dotanda venit de cōmuni, quando de hoc inter partes conuentio præcessit, igitur à contrario sensu, quando non est factum pactum, non venit dotanda. Nihilominus maioris partis scribentiū suprácit. senties cōmuniter dicit, quod text. ille loquatur non de socio bonorum omnium, sed partis, idq; ex eo patet, nam si fuisset societas de omnibus bonis, vbi æqualiter veniunt lucra, & damna cōmunicāda, frustratorium fuisset pactum illud, vt de communi dos cōstitueretur, quia & sine pacto dos esset constituenda, cæteræque expensæ societati imputādæ, *d. l. si fratres* 53. *l. quod autem* 54. *cum l. seq. ff. cit. tit. pro soc.*

58 Septimò, tenetur fiscus filiam eius, cuius bona cōfiscauit, dotare, & est ratio, nam tenetur etiam fiscus cuncta debita eius, cuius bona confiscata fuere, soluere, *l. non possunt* 11. *l. in summa* 17. *ff. de iure fisc.* & hanc sententiam sequitur *Bald. in l. fin. nu. 9. C. de dotis promiss. in cap. 1. §. præterea si Vassallus nu.* 80. *quæ sit prima causa beneficij amittendi*, *Rip. in l. ex facto, nu. 9. ff. ad S.C. Trebell. Becc. cōs. 8. nu. 11. Surd. de alim. tit. 1. q. 31. num. 16. Mantic. de tacit. & ambig.*

59 *lib. 12. tit. 28 nu. 17.* hinc est, quod fiscus succedens in ius priuati, tenebitur de

 cui-

euictione & ad sumptus litis tãquam quicunq; priuatus, siuè ex contractu venerit, siuè ex confiscatione, *Anton. Fab. lib.*8. *C. tit.* 3 *de euict. defin.* 19.

60 Quæres numquid fiscus teneatur dotare filiam rei lęsæ Maiestatis?

61 Non omitto quamplures, & magis communiter tenẽtes fiscum debere dotare filiam eius, qui lęsæ maiestatis crimen perpetrauit, imò id seruatum fuisse per Serenissimum Regem Ferdinandum, qui honorificè filias Principis Rossani rebellis nuptui tradidit, scribunt *And. de Isern. in constit. Regni ob filiorum culpam*, *Afflict. in cap.* 1. §. *prætereà si Vassallus nu.* 87. *quæ fuit prima causa benef. amitt. in vsib. feud.* *Boss. tit. de bonorum publicat. n.* 9: & sententiam istam sequũtur, *Bald. in l. si patri, col.* 3. *C. de dotis promiss. Gig. de crimin. læsæ maiest. lib.* 3. *tit. de pœnis, quas fil. incurr. q.* 15. *Rip. in l. ex facto §. ex facto ff. ad S. C. Trebell. Clar. in §. læsę maiest. vers. hæ autem pœnæ num.* 10. *Baiard. ad Clar. in §. fin. pract. crimin q.* 78. *nu.* 125. *Farinac. in prax. crimin. vol.* 1. *tit. de delict. & pœn. q.* 24. *n.* 27.

62 Ad quam communem sententiam poterit expendi *tex. in l. quisquis* 5. *C. ad leg. iul. maiest.* cuius vigore conceditur vita filijs eius, qui huiusmodi scelus perpetrarunt ex Imperiali lęnitate, atqui vita sinè alimentis, & dote nequit haberi *argum. tex. in l.* 4. *ff. de liber. agnosc.* ergò per illam legem diui Arcadius, & Honorius dotem filiabus rei læsæ maiestatis concedi volunt.

63 Item ad hæc poterit adduci, quod saltem filiæ debeant habere dotem iuxtà alimenta ex æquitate iuris Canonici, vt ex *tex. in cap. cum haberet extrà de eo, qui dux. in matrim.* argumento ducto de spurijs, quos

quos ius ciuile omni paternæ substantiæ beneficio indignos appellitat *auth. ex cõplexu C. de incest. nupt. auth. licet C. de natur. liber.* ad filios huius delinquẽtis, in quibus hæreditarij criminis exempla metuũtur, & proindè ab omni successione etiam patris sunt alieni, *d. l. quisquis*, igitur sicuti spurij prædicti debent alimenta, & dotem habere saltem iuxtà eiusdem alimentorum valorem, ità filij rebellis.

64 Verùm saniorem contrariam arbitror fore opinionem, quod immò filiæ prædictæ à fisco dotari nequibunt, ità *Surd. d. tract. de alim. tit. 1. nu. 16. & seq. Peregrin. de iure fisc. lib. 5. tit. 1. n. 76.* Barbos. *d. l. 1. part. 4. nu.* 84. & *Capon. d. l. 1. q. 4. n. 121.*

65 Moueor primò, nam qui non tenetur alere, nec etiã tenetur dotare, cum validum sit argumentum de alimentis ad dotem negatiuè vt supra probauimus; sed fiscus filiam rebellis non tenetur alere, *d. l. quisquis*, ibi, *sint perpetuò egentes, & pauperes, sint postremo tales, vt his perpetua egestate sordentibus sit ea mors solatium, & vita supplicium*, igitur nec dotare.

Idq; confirmatur ex eodem tex. nam filiabus cõceditur mediocris alimonia in bonis matris tãtùm, & sic ponitur ille tantùm casus limitatus, igitur non in bonis patris, vt inclusio vnius sit alterius exclusio, *l. cum prætor. 12. ff. de iudic.* & limitata caũsa limitatum producat effectum, *l. in agris 16 ff. de acquir. rer. domin.* verba autem tex. erant, *ad filias sanè eorum, quolibet numero fuerint falcidiam tantùm ex bonis matris, siuè testata, siuè intestata decesserit, volumus peruenire, vt habeant mediocrem potius filiæ alimoniam, quam integrum emolumentum ac nomen hæredis.*

66. Secundò facit, nàm exclusus à legitima censetur etiam exclusus à dote, cũ dos loco legitimæ succedat *l. quoniã 29. C. de inoff. testam. Bald. & alij in l. Titio centum. §. Titio genero ff. de Condit. & demonstrat.* sed filia rei læsæ maiestatis est exclusa à legitima in bonis patris, *d. l. quisquis*, ergò & à dote.

67. Ex quibus argumenta pro communi adducta facilè resoluuntur, & sic ad primũ respõdetur satis ex eod. tex. patere, quod filij huius delinquentis habere nequeant alimenta, tùm quia dicitur, *sint perpetuò egentes, & pauperes*, tùm etiam quia contradistinguit eos à filiabus, & volens ponderare, quod mitior debet esse sententia in filiabus, quas pro sexus infirmitate minus ausuras, fore inquit, iisdem filiabus in bonis matris alimoniam præbet, igitur & filijs cõtrà quos se inuehit, alimenta denegat. Prætereà non negat illa lex, quod filijs nulla ex parte alimenta debeantur, sed negat alimenta in bonis patris, & aliorum successionibus, poterunt .n. isti filij sibi sua industria quærere alimenta, vel ab alijs eleemosinaliter habere, itàque necare videtur, qui omninò & ex omni parte alimenta prohibet, vt nec à se, nec ab alio alimenta habeat, sed si ab alio, non videtur iste necare.

68. Respondetur ad secundum cessare hanc æquitatem canonicam, vt patet ex *cap. vergentis, 10. ex de hæretic.* vbi hæreticis, & sic reis læsæ maiestatis diuinę vita ex misericordia tantummodo seruatur, & cõfirmatur sanctio *d. l. quisquis* cõtrà filios, ibi, *cum. n. secundum legitimas sanctiones reis læsæ maiestatis punitis capite bona confiscentur eorum, filijs suis vita solummodò ex misericordia cõseruata, quã-*

toma-

tomagis qui aberrantes in fide Domini Dei Filium Iesum offendunt, & optima disparitatis ratio assignatur per *Surd. vbi sup. n.* 24. *inter casum d. cap. cum haberet*, *& casum d. cap. vergentis*, *legisq; quisquis*, quod sicuti grauius est crimen, quod in Deum, vel Principem committitur quàm id, quod committitur circà nefarios concubitus, ità grauius corrigendi veniēt parentes, eorumq; filij ob læsæ maiestatis crimen, quā ob illicitum coitum.

Rerum Summa.

1 *Actio ex stipulatu pro dote in locum actionis rei vxoriæ est subrogata.*

2 *Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum est subrogatum, & de ista regula rem'ssiuè.*

3 *Actio ex stipulatu pro dote competens mulieri, vel eius heredibus ad repetendam dotem est bonæ fidei.*

4 *Actio ex stipulatu competens marito dicitur quoq; bonæ fidei esse. Probatur n.* 5.6.7.8.

9 *Actio ex stipulatu pro dote competens patri ad repetendam dotem quando dicatur bonæ fidei?*

10 *Actio ex stipulatu pro dote, quibus & aduersus quos cōpetat?*

PARS PRIMA.

De Actione ex stipulatu pro Dote.

1 HIs quoad dotis materiē prœuidētialiter positis textū aggredior, in cuius prima parte habetur, quod in locum actionis rei vxoriæ altera ex stipulatu subrogata fuit, quę actiones etsi vtriq; coniugi vel ad exigendam, vel ad repetendam dotem non vbiq; competerent, cum illa rei vxoriæ locum sibi obtineret, quando stipulatio interposita non erat, alte-

altera verò si stipulatio seruata fuerit, tamen Iustinianus hæc discrimina, & communiones referans, ambas inter hasce actiones totum rei vxoriæ ius in vnum actionis ex stipulatu tramitem redegit, rei vxoriæ itàq; actione sublata decernitur in præsenti §. omnes dotes per ex stipulatu actionem exigi, siuè stipulatio scripta, siuè non scripta fuerit, & omnia patent ex *l. vnica C. de rei vxor. action.*

2 Et de hac actione ex stipulatu pro dote pertractãs fateor illam bonæ fidei esse, si mulieri competat ad repetendam dotem, ità ex *tex. nostro, & in d. l. vnic. §. sed etsi Iason. n. 11. Oinot. n. 9. Angel. et alij in d. l. vnic. Bart. et DD. in l. de diuisione ff. solut. matrim. Bald in cons. 252. vol. 2.* & est huius di-
3 cti fundamentum, quia subrogatum sapit naturã eius, in cuius locum est subrogatum *l. si cum* 10. §. *qui iniuriarum ff. si quis cautionib. cum concord.* & latè de hac regula vide *Gomes. hic n. 5.* imò competẽs hæredibus mulieris, bonæ fidei etiam est, non enim mutatur natura actionis ex persona hæredis dicta *l. vnic. §. illo proculdubio Bart. et alij communiter in d. l. 1. ff. solut. matrim.*

Dices, quod stipulatio sit contractus stricti iuris, vt notant *Scrib. in l. quidquid ff. de verb. obligation. Menoch. de præsumptionib. lib. 1. q. 45. n. 14.* & actio ex stipulatu non adnumeratur inter eas bonæ fidei, vt habuisti supra in §. *actionum autem*, ergò est stricti iuris.

Respondetur rationem specialitatis esse, quoniam prædicta actio ex stipulatu successit in locum actionis rei vxoriæ, quæ dicitur bonæ fidei.

4 Hoc idem intelligo de actione ex stipulatu, quæ competit viro ad exigendam

dam

dam dotem, vt bonæ fidei quoq; sit, *gl. in d. l. de diuisione*, vbi etiam *Bart. et alij Petr. de Bella pert. d. l. vnic. §. sed etsi*, *Iaś. n. 14. Gomes. nu. 16. Bald. Nouell. de dot. part. 4. nu. 10. Oinot. nu. 10.* quia numquam reperitur actionem ex vnico descendentem contractu bonæ fidei ex vna parte, & stricti iuris ex altera fore.

5 Probatur hæc opinio primò, ex tex. nostro, ibi, *in actione ex stipulatu, quæ de dotibus exigendis præponitur*, quam tamen actionem bonæ fidei fore dicit Cæsar, sed verbum exigendi denotat actionem pertinentem ad maritum, vt in *l. ad exactionem 6. C. de dot. promission.* ergò etiam ex parte mariti actio, de qua loquimur, est bonæ fidei.

6 Secundò id suadetur ex *tex. d. l. vnic. §. et vt plenius*, ibi, *ex vtroque latere*, & vlterius circà finem, ibi, *ex vtraq; parte*, ergò tam ex parte vxoris, quam mariti priuilegium competit tacitæ stipulationis, & quemadmodum hoc dicitur esse bonæ fidei ex parte vxoris, ità quoq; ex parte mariti ad hoc, vt in vtroq; contrahente par sit conditio, *arg. tex. in l. fin. C. de fructib. & lit. expens.* & *ex reg. cap. non debet, de reg. iur. in 6.*

7 Tertiò probatur, ex ead. *l. vnic.* ibi, *omnes dotes*, vbi priuilegium tacitę stipulationis videtur dari ipsi doti, non autem soli mulieri, sed maritus dum agit, dicitur agere ad dotem, ergò agit cum suo priuilegio, quia qualitas non potest cognosci, neq; separari à suo subiecto, *l. eius qui in prouinc. 41. in fin. ff. si cert. pet.*

8 Quartò, & vltimò, quod est statutum in vno correlatiuorũ intelligitur quoq; in altero statutum *gl. in l. fin. C. de indict. viduit. toll.* & est casus de marito, & de vxore in *l. non tantum 20. ff. de*

ff. de re iudic. Dec. in cap. translato ex. de Constit. Modern. Bononiens. in tract. extensionum col. 32. 33. sed vir & vxor sunt correlatiui, *d. l. fin.* ergò sicuti statutũ est in vxore, quod actio ex eius parte sit bonę fidei, ità quoq; ex parte viri.

9 Sed hoc non ità indistinctè concedit *Otnot. nu. 13.* patri dotem repetẽti, nam vel ille dotem sibi reddi stipulatus fuit, aut non sibi soli, sed etiam filiæ.

Primò casu vel fit locus restitutioni dotis propter obitum filiæ prædecedentis marito, & tũc actio erit stricti iuris, cum in casu præfato actio de dote non sit quæsita filiæ, ad *tex. in l. quoties 30.* cũ ibi notat. *ff. solut. matrim.* nec vllus dotis fauor consideretur; vel matrimonium fuit dissolutum per mortem viri, & quia in hoc casu potest cõsiderari fauor dotis, vel mulieris, dũ tenetur pater filiæ dictã dotẽ reseruare pro secundo matrimonio ad *tex in auth. sed quamuis, C. de rei vxori. action.* & illa stipulatio paterna erit bonæ fidei ex generalitate *tex. d. l. vnic. §. sed etsi.* Altero casu semper erit bonæ fidei, siuè pater ipse agat pro dote profectitia repetenda, tàmquam pro dote communi patri, & filiæ *l. sed etsi ideo 22. in fin. ff. solut. matrim.* & dixi pater agat, quoniam exercitiũ actionis est solius patris, *l. 2. §. quod si in patris, ff. solut. matrim.* siuè pater agat pro dote iam ipsi appropriata, siuè consolidata per mortem filiæ, *gl. in d. l. 2. §. 1.*

10 Multò minus id concedendum erit extraneo dotanti, & paciscenti sibi dotem reddi, quia tunc iudicium dicitur esse stricti iuris *Bart. & DD. in d. l. de diuisione ff. solut. matrim.* & est ratio, quia ibi non versatur fauor dotis, imò extraneus dans dotem censetur eandem dotem mulie-

ri donare, vndè actio de dote nō extraneo, sed mulieri dotatæ acquiritur. At si extraneus actionem consequi velit, debet expressè pacisci dotem sibi reddi sol.matrim. & sic non habet hanc actionem ex legis dispositione, sed ex propria stipulatione, igitur actio debet esse stricti iuris, *d.l.vn.§.accedit.l. auia 6.C.de iure dot.DD.in d.l. de diuisione, Fab. Angel. Nicol. de Neap. Ias. & alij hic.*

11 Ex quibus apertissimè deducitur quibus, & aduersus quos, cōpetat actio ex stipulatu pro dote, etenim conceditur tum marito ad exigendam dotem, siuè pro euictione illius, *d. §. & vt plenius*, vel ad vsuras dotis, siuè ad fructus percipiēdos pro matrimonij oneribus, *d.l.pro onerib. 20. C. de iure dot.* & in hoc casu potest actio dirigi in vxorem, socerū, vel alium, qui dotem promisit, eorūq; hæredes, *l.si extraneus 31. l. promittendo 42. ff. de iure dot.l.si pro te 5.C.de dot.promission.* tum quoque ipsi vxori eiusq; hæredibus cōtrà maritum, vel pro dote data restituenda, *d.§. & vt plenius*, vel ad donationem propter nuptias, quā vxor vigore pacti, vel statuti lucratur, *l. vbi adhuc 29.cum Auth. seq. C.de iure dot.* siuè ad bona paraphernalia vt dix. sup. & est *tex. d. l. vbi adhuc*, ibi, *pro rebusq; extrà dotem constitutis.* Sic etiam de iure communi dabitur hæc eadem actio patri cōmunis cum filia, vel soli patri, si sibi soli dotem reddi stipulatus fuerit, *d.l. vnic.§.extraneum*, vbi *DD.* sed de consuetudine soli filiæ competit actio recuperandi dotem soluto matrimonio, *Molf. ſ. ad consuet.Neap.in addition. part. 6.tit.de iure dot.q.7. n.7.*

Rerum Summa.

1 *Filia ex promissione dotis facta per patrem viro potest absq; cessione hæredum viri contrà patris hæredes agere ad recuperandam dotem.*
2 *Probatur hæc opinio, & nu. 3.4.5.6.*
7 *Affertur contraria opinio, & argumenta reÿciuntur.*
8 *Maritus stipulando dotem à socero promissam videtur uxoris nomine stipulari.*
9 *Actio acquiritur ei, qui acquirit, non ei, cuius contemplatione fit, & hoc quomodo intelligatur num.* 10.
11 *Tex. in l. si pro te pater.* 5. C. *de dot. promission. dilucidatur.*
12 *Authoris intellectus ad tex. in l. si socer.* 45. §. *lucius ff. sol. matrim.*

QVÆSTIO PRIMA.

Quomodo agat filia ex promissione dotis facta per patrem viro?

Beluosus obstrepit huius difficultatis Oceanus, nimirum vtrum hæc filia, sinè cessione hæredum viri possit agere pro dote contrà hæredes patris, dum à patre dos promissa fuit viro suo stipulanti?

1 Et quidem eius vada diuersa carina sulcarũt Scribentes, eorum tamen vestigia sequor, qui posse filiam sinè tali cessione contrà hæredes patris agere, affirmarunt, vt *Guid. Pap. quæst.* 327. Boer. *decis.* 328. *Pappon. in lib. placit. Cur. lib.* 15. *tit.* 4. *arrest.* 3. *Arism. Tepat. var. ius sentent. tit.* 456. *cap.* 6. *Maxill. ad consuetud.* Bar. *incip. maritus si de dote tit. de iur. dot. Isernia in cap.* 1. *de nat. success. feud. vers. si vero marito*, *Barb. in*

l. 1.

l.1. part.3. nu. 11. *ff. solut. matrim.* Cephal. *conf.* 713. *n.*44.*lib.*5.*Ann. singul.*601. *Gratian. disceptat. forens. cap.*49.*nu.*24. *&* *D.Reg.Să-felic. decis.* 130. *vol.* 1. qui ità in S.C.& in M.C.V.iudicatum refert.

2 Sanè isthæc opinio rationabilior existit ex *tex. in sæpecitat.l. vnic.§. videamus C.de rei vxor. act.* vbi etsi filia exhæredata sit à patre, poterit nihilominus actione pro dote agere, & eandem dotem præcipuam habebit ex æquitate aduersus patris hæredes.

Verùm quia replicatur ex aduerso textum illum loqui de dote iam tradita viro, pro qua recuperanda competere sibi actionem contrà patris hæredes, quod ad quæstionem nostram non pertinet, ideò

Meliorem textum adduco in ead.*l.vnic.§. accedit*, vbi extraneus, qui pro muliere dotem dedit, minimè sibi dotem illam reddi stipulatus fuit, & deciditur, quod ad mulierem pertineat actio ex stipulatu, quasi & illam tacitè sibi reddi stipulata fuisset, ibi, *tunc præsumatur mulier ipsa stipulationem fecisse, vt ei dos ex huiusmodi casu accedat*; igitur ex tacita stipulatione mulier actionem consequitur de dote.

3 Accedit secundò, *tex. in l.in rebus* 30. *C. de iure dot.* ibi, *mulierem in bonis vendicandis omnem habere post dissolutum matrimoniũ prærogatiuam iubemus*.

4 Facit tertiò, *tex. in l. tali* 48.*ff. de iure dot.* vbi socer legauit cẽtum genero nomine filiæ, & concluditur quod facto diuortio, dotis, actio est mulieri reddenda, imò nec filiæ si voluerit, deneganda est huiusmodi actio. Et concordat *tex. in l.seruo legato* 69. §. *si testator.ff.de leg.primo*, ibi, *veluti si filiæ nominæ genero, aut sponso dotem dari iusserit*,

non enim gener, aut sponsus, sed filia habet actionem, cuius maximè interest.

5 Adstipulatur 4. *tex. in l. Caius Seius 46. ff. solut. matr.* vbi stipulatus fuit auus maternus sibi dotem reddi, & tamen quamuis ipsi auo stipulanti, vel eius hæredibus directa deberet actio competere, competit vtilis mulieri, nè commodo dotis defraudetur: igitur licèt maritus sit stipulatus, nihilominus vtilis actio mulieri competet.

Dices, quod ibi auus maternus stipulatus fuit dotem vel nepti, vel sibi restitui, & ideò mulier cõsequitur actionem.

Respondetur, quod in persona neptis non valebat stipulatio, quamuis enim personæ adiectæ solutio fieri valeat, nihilominus obligatio, stipulatio, & actio in ea non consistit, sed tantùm in persona stipulatoris, vt patet ex §. *planè sup. de Inutil. stipulation.* & sic tantùm ex æquitate, & fauore dotis actio mulieri competit.

6 Postremò affertur, quod in Regno nostro proceditur sola facti veritate inspecta, vt ex *cap. Regn. detestantes*, *Carauit. in Rit. M. C. 288 num. 4. Muscatel. in prax. par. 1. gl. libell. nu. 4.* & sic circuitus inutilis est euitandus, *l. dominus 53. in fin. ff. de Condict. indebit.* igitur ad quid viri hæredes agent contra patrem, vel eius hæredes, deindè mulier aduersus viri hæredes?

7 Respondetur argumentis, quæ ex aduerso obstrepunt, cuius aduersantis opinionis sectatores sunt, *Rip. in l. 1. nu 53. ff. solut. matrim. Corn. cons. 1. lib. 2. & 154. vol. 4. Bald. in l. 5. vers. sed pone C. de dot. promiss. Surd. in decis. 229. nu. 16. Mansuer. in praxi tit. de dote fol. 37. col. 4. vers. item maritus Fachin. controuers. iur. lib. 8. cap. 73. Anton.*

Gabr.

Gabr. comm. concluſ. tit. de iure dot. concluſ. 3. ità multoties tùm in S. C. tùm in Regio Collaterali Conſilio deciſum refert *de Frã-ch. deciſ. 33. & alij relati per Arias de meſ. var. reſolut. lib. 2. cap. 11. nu. 2. Anton. Fab. lib. 4. cõiect. cap. 9. Schiforteg. lib. 2. forenſ. tract. 13. q. 5.*

8 Arguebant primò, quod maritus ſtipulatus fuit, igitur ſibi eſt acquiſita actio, & conſequenter ad eius hæredes tranſit *l. cum hæredes 23. ff. de acquirend. poſ-ſeſſ.*

9 Confirmabant argumẽtum, quia in contractibus plus attenditur factum, quam contemplatio *Bald. in l. quod dotali q. 9. C. de collation.* itàq; ſi aliquis acquirat contemplatione alterius, acquiritur actio ei, qui acquirit, nõ autem ei, cuius contemplatione fit acquiſitio *Grauett. cõſ. 288. col. penul. vol. 2.*

10 Reſpondeo primò diſtinguẽdo, acquiritur actio ſcilicèt directa, & conced. acquiritur actio vtilis, & neg. & ſic rurſus diſting. cõpetit actio marito, eiuſque hæredibus, ſtricto iure attento, & conced. ex æquitate, & neg. quæ æquitas ſcripta eſt in dicta *l. Caius Seius*, ibi, *quãuis actio ei directò non competat, ſed permittendum eſt nepti ex hac auita conuentione, nè commodò dotis defraudetur, vtilem actionem dari.*

Reſpõdeo ſecundò, maritum vxoris nomine, & contemplatione ſtipulari, cui [illegible]eram actionem acqu[illegible]t, alias numquam vxor agere potuiſſet, & licèt dotis dominium dicatur aliquo modo mariti *l. doce ancillam 9. C. de rei vendic.* verè tamen, & realiter illud fuit, & eſt vxoris *ad tex. in d l. in reb. 30. C. de iur. dot.* ibi, *cum eadem res, & ab inicio vxoris fuerint, & naturaliter in eius permanſerint dominio, non*

enim

enim quod legum subtilitate transitus earum in patrimonio mariti videatur fieri, ideò rei veritas deleta, vel confusa est; Et quod non vrgeat confirmatio argumēti actionem scilicèt acquiri ei, qui stipulatur, nō autem ei, cuius cōtemplatione fit stipulatio, patet ex *tex. in d. l. tali* 48. *& in d. l. seruo legato* 69. §. *si testator*.

Replicabis cū D *de Frāchis* iura illa loqui non de stipulatione, sed de vltimis voluntatibus, inter quæ discrimen videtur esse circà materiam, de qua loquimur, vt patet ex *l. cū pater* 29. *ff. de iure dot.* vt stipulanti marito quęratur actio, non autem mulieri, cuius cōtemplatione maritus stipulatur.

Soluitur primò hæc replicatio, quod validum est argumentum de vltimis voluntatibus ad cōtractus *l. fin.* vbi *Salyc. C. de legat.* §. 1. *sup. de leg. fus. canin. Euerard. in Topyc. legal. loc.* 17.

Secundò, quod *tex. ille cū pater* retorquetur, quia dato cū aduersarijs, quod loquatur de dote à socero promissa viro stipulanti, concluditur ibi, quod viro viuenti competit actio, at viro mortuo poterit agere mulier, ibi, *sed si mortuus agat, nihil de indemnitate eum cauere oportebit, verum mulier post eum agens exceptione repelletur, quia semel dos præstita est*.

11 Insurgebant secundò, ex *tex. in l. si pro te pater* 5. *C. de dotis promiss.* ex quo non mulieri, sed marito, vel eius hæredibus actionem competere aduersus dotantis patris hæredes clarè apparet, ibi, *si pro te pater marito tuo stipulanti promiserit dotem, non tibi, sed marito contrà successores soceri competit actio*, cui satisfacit *Guid. Pap.* quod procedit, vbi maritus viuit, & matrimonium constat, quod non est in q̃stione

ne noſtra, & ſi ob'jcias cum *Fachin.* idem debere eſſe in hæredibus viri, cum non debeat ex hæredis perſona obligationis conditio immutari, *l.* 2. §. *ex his ff. de verb. obligat.* Reſpondeo obiectionem veram fore in ijs, quæ ex perſona defuncti ad hæredes, & ſucceſſores ſuos ſunt tranſmiſſibilia, at qui dos haud in viri hæredes tranſmittitur, cum illa ſit in dominio vxoris, *d. l.* 3. §. *ergo, ff. de minorib.*

12 Poſtremò arguebant ex *l. ſocer.* 45. §. *lucius ff ſolut. matrim,* vbi pater nomine filiæ ſuæ promiſit centum Caio, & conuenit, vt ab ipſo patre viuente maritus dotem exigeret, diuertit maritus, & mortuus fuit pater exhæredata filia, cōcluditur, quod mortuo patre mulier incipit actionē habere pro dote recuperanda, & ſic vel aget contrà maritum ad exactam dotem reddendam, vel vt ei maritus actiones cedat, igitur actio eſt mariti.

Reſpondeo primò, tex. illum loqui de rigore, nos autem adduximus iura, quæ ex æquitate vtilem concedunt actionem mulieri abſq; ceſſione. Secūdò nouiter textum illum intelligo procedere, quando mulier ſua ſponte vult potius agere contrà uiri hæredes, quam hæredes patris, non autem, quod non poſſit agere, ſi uelit, qui intellectus corroboratur ex eiuſdē textus uerbis, per quæ apparet magna neceſſitas mariti ad ſatisfaciendum uxoris uoluntati, ut ipſe uel dotem exactā reſtituat, uel actiones præſtet, ibi, *neceſsè habebit maritus aut exactam dotem, aut actiones ei præſtare,* & ità competit actio uxori ad repetendam dotem exactam à uiro, imò uerbum illud *actiones* intelligerem, ideſt operationes, atq; uiri ſubſidia ad coad-

coadiuuandam iudiciariã vxoris petitionem, ad *tex. in cap. significasti ex. de electiõn. cap. per venerabilem, ex. qui fil. sint legit. cap. Deus omnipotens*, 2. *q.* 1. ubi actio accipitur pro operatione, alias quod est introductũ fauore mulieris, in eius odium retorqueretur contrà *tex. d. l. vnic. §. accedit*, ibi, *nè quod pro mulieribus introduximus, hoc aduersus mulieres conuertatur.*

Rerum Summa.

1 *Stipulatio vel est vera, vel præsumpta, vel ficta.*
2 *Præsumptio est de re dubia.*
3 *Fictio est legis aduersus veritatem in re possibili ex iusta causa dispositio.*
4 *Fictio non admittit probationem contrà se in contrarium, at præsumptio, quando est iuris tantum eam probationem admittit.*
5 *Verbum intelligitur, an importet fictionem. & n. 6.*
7 *Stipulatio pro dote quando sit ficta, & quando præsumpta?*
8 *Dotis fauore stipulatio præsumitur intercessisse etiamsi dos incerta fuerit.*
9 *Stipulatio satisdationis ab arrogatore præstanda de restituendo bona impuberis arrogati, fingitur interuenisse.*
10 *Vsurarũ ex diuturna præstatione præsumitur stipulatio facta de sorte, & vsuris.* D. Reg. *Donatus Anton. de Marin. laudatur.*
11 *Fideiussores à tutoribus nominati, si præsentes fuerint, & non contradixerint, tenebuntur, ac si præcedente stipulatione promisissent, quatuor tamen concurrentibus.*
12 *Stipulatio propter partis contumaciam fingitur.*
13 *Lex vbi fingit stipulationem, fingit etiam verba.*
14 *Partes pacisci non possunt, quod fiat sinè verbis stipulatio.*

QVÆ-

QVÆSTIO SECVNDA.

Vtrum stipulatio dotis sit præsumpta, vel ficta? & de cæteris casibus vbi fingitur, vel præsumitur stipulatio.

1 STipulationem triplicem fore, vel scilicèt veram, vel præsumptam, vel fictam ex *Bart. in l. quæ dotis ff. solut. matrim. & Soccin. in l. 1. ff. de verb. obligation.* inquit *Angel. hic n. 2.* Vera stipulatio ex præcedente interrogatione, & subsequente responsione verbotenus conceptis cõficitur, *d. l. 1.* vbi, *DD. l. stipulationum 5. §. stipulatio. ff. eod. tit. de verb. obligat.* præsumpta est, quæ in dubio propter aliquam coniectu-
2 ram præsumitur, dùm præsumptio est de re dubia *gl. in l. vnic. §. accede t C. de rei uxor. act. Menoch. de præsumption. lib. 4. præsumpt. 89. n. 5.* & potest aliquãdo concurrere cum veritate, *Mar. Salam. in l. Gallus. §. quidam rectè n. 32. ff. de liber. & posthum. Turrecrem. in cap. ferrum. distinct. 50. Butr. & Felin. in cap. quantò n. 2. ex. de præsumption. Ias. in l. si is qui pro emptore. n. 168. ff de vsucapion.* Alex. *cons.* 158. *n. 7. lib. 2. Becc. in cap. atsi clerici, n. 110. ex. de iudic.* ficta deniq; stipulatio est, quæ à lege inducitur, vbi certum est stipulationem non in-
3 tercessisse, cum fictio sit legis aduersus veritatem in re possibili ex iusta causa dispositio, *Alciat. parer. iur. lib. 6. cap. 1.*
4 Insuper differunt quoq; fictio, præsumptioq; præsertim, quia fictio nũquam contrà se probationem in contrariũ admittit, ità *Soccin. in l. cum auus nu. 73. ff. de condition.* & *demonstrat, Felin. in cap. quantò n. 2. ex. de præsumpt. Alciat. de præsumpt. part. 1. n. 4. Euerard. in topyc. legal. loco à fictione nu. 5. in fin.* at præsumptio

L fal-

saltem quando est iuris tātùm, admittit contrà se probationem in contrariũ, *Abb. d. cap. quandò nu. 2. Capon. d. l. 1. ff. solut. matrim. q. 3. n. 6.*

Quibus præpositis ad quæstionem deuenio, & quod stipulatio pro dote sit ficta, faciunt verba *tex. in l. vnic. C. de rei vxor. act.* ubi stipulatio intelligitur re ipsa subsequuta, & *tex.* ille vtitur verbo *intel-*
5 *ligitur*, sed hoc verbum *intelligitur* sui natura fictionem importat, *l. si tibi homo*, 88. *§. cum seruus iuncta gl. delegat.* 1. *Ias. in d. rubric ff. solut. matrim. col.* 2. ergo est ficta.

6 At contrà, quod verbum *intelligitur* importet præsumptionem, patet ex *tex. iuncta gl. in l. nec emptio* 8. *§. fin. ff. de Contrah. empt.* ibi enim probatur, quod aliquando sine re constat vēditio, putà si quis emerit iactum retis vel captum auium, quod enim missilium nomine captum, & euictum fuerit, non tribuit emptori actionem ex empto pro euictione; quia id actum intelligitur, & *gl.* exponit verbũ *intelligitur*, id est præsumitur.

7 Pro concordia dicendum est, quod actio ex stipulatu pro dote trifariam potest institui, nàm vel stipulatio verà intercessit, & tunc ex vera stipulatione agetur, vel dubium est, an interuenerit, & eo casu poterit agi ex præsumpta stipulatione, cum ius dotis fauore, vt dicemus, interuenisse stipulationem præsumat, quæ præsumptio dicitur iuris, & de iure, contrà quam non admittitur probatio in contrarium, vt notāt *DD. in cap. is qui fidē ex desponsal. b.* Vel deniq; certum est stipulationem non interuenisse, & tunc agitur ex ficta stipulatione, cum ius fingat stipulationem in contractu dotis, quamuis verè interposita

non

nō fuerit, *Bald. in d. l. vnic. Angel hic n. 3. Gomes. n. 23.* Ex quibus.

8 Deduco, quod primò fauore dotis fingatur stipulatio interuenisse, quod ampliatur procedere, etiā si dos incerta fuerit, cum alias ex stipulatu certi cōdictio ad incertā rem minimè competat, *l. si quis certum 24. ff. si certū petat.* & hāc opinionem tenent innumeri, de quibus *Ias. hic nu. 51.*

Oppones, quod dispositio *tex. in d. l. vnic. C. de rei vxor. act.* vbi fingitur stipulatio fauore dotis, sit inutilis, dum eiusdem dotis fauore potest agi etiam ex pacto nudo, *l. ad exactionem 6. C. de dot. promiss.* & si iudices cum *Bald. & Ias.* id introductum fuisse ad maiorem firmitatem, replicari potest fictionem nō debere induci, nisi vel suadente necessitate, vel vtilitate, *l. sciendum 18. cū seqq. ff. ex quib. caus. maior.* quæ necessitas, vel vtilitas non erat in casu *d. l. vnic.*

Respondetur, quod prędicta lex vnica non solùm fingit stipulationem, sed etiam præsumit, fingit in casu certo, præsumitq; in casu dubio, & incerto iuxtà *gl. ibid.* igitur quamuis videatur superflua respectu fictionis, quam introducit, tamen ratione præsumptionis est vtilis, & necessaria.

9 Secundò fingitur interuenisse stipulatio in satisdatione, quam præstat pater arrogator de restituendo bona filij impuberis arrogati ijs, qui ab intestato successuri fuissent, si filius arrogatus in pristino statu mansisset, licèt omissa fuerit, vt patet ex *tex. in l. non enim aliter. 18. cum l. seq. ff. de adoptionib.*

10 Tertiò, ex diuturna vsurarum præstatione præsumitur obligatio, & stipulatio super sorte, & vsuris, ad *tex. in l. cum de in-*

rem verso.6.ff.de vsur. Verùm hoc intelligas, dummodò titulus, vel caussa allegetur, ex qua id sibi deberi creditor dicit, alias nulla præsumitur obligatio, & quod solutum fuit, tãquam indebitè solutum repeti poterat, *Guid. Pap. decis.*407. vbi addent *Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib.3.tit.15.n.55.& seqq. & alijs concurrentibus*, pro qua materia recurras ad *Dominum meum Regent. Donat.* Anton *de Marin. resol. quotidian. lib.1.cap.*78. ferè nostri sęculi *Bart.* vel mauis iurisprudentiæ solem, cuius nitore iurium Professores irradiati pleraq; eiusdem artis intimiora tetigere penetralia, vndè meritò post tot tantasq; in Regno nostro, & Præturæ M. C. V. regalisque patrimonij Præsulatus, atq; Almi DD. collegij Vice Cãcellariatus dignitates modò ab inuictissimo nostro Rege ad supremũ Regentatus culmen euectus fuit.

11 Quartò fideiussores à tutoribus nominati habẽtur, ac si stipulatione præcedente promisissent, ut in *l.cum ostendimus* 4.§. *fin.ff. de fideiussor. tutor.* Quam legẽ uult procedere quatuor concurrentibus *Paul. Leon.in l.1.ff.de verb.oblig. sub nu.*75. Primò, quod fideiussores præsentes fuerint. Secundò, quod non contradixerint. Tertiò, quod nomen suum in actis scribi passi fuerint. Quartò, & ultimò, quod fideiussores sint ad commodum pupillorum dati, quia cum *tex.* ille loquatur de casu speciali scilicèt de commodo pupillari, & decisionem ponat exorbitantem à regulis iuris cõmunis, nimirum quia fit stipulatio sinè uerbis expressis, non debet idcircò ad alium casum non æquè priuilegiatum, & non habentem eamdem, uel saltem similem rationẽ extẽ-

di

di iuxtà regul. positam in *l.quod verò contrà* 13. *ff. de legib.& in l.si verò* 65. *§. de viro ff.solut.marrim.*

12 Quintò,& vltimò propter cõtumaciã partis competit actio, quasi stipulatio interposita fuisset, vt in *l.si finita* 15. *§. eleganter, ff. de damn. infect.*

13 Non omittendo, quod in his casibus, vbi lex fingit stipulationem, & verba quoq; fingere dicitur, nàm qui vult consequens, & necessarium antecedens censetur voluisse, *l.* 2. *cum concord ff.de iurisd.omn.indic.* & facit *tex. in l. qui ad certum* 15. *ff. locat. & conduct.* vbi quia locationis cõtractus solo consensu expediri nequit, non potest censeri factus esse à furioso, qui consentire non valet, & sic sensus est, quod vbicunq; fingitur locatio, ibi fingitur etiam consensus, qui est de substantia locationis *Hieronym.Buttigell.d.l.* 1. *ff.de verb.oblig. n.* 23. stipulatio enim sinè verbis nullo pacto subsistere potest *d.l.* 1. *cũ cõcord.*

Ex quo rogabis numquid partes pacisci valeãt,
14 quod actus valeat in vim stipulationis sinè verbis?

Concludo negatiuè, nã legi inducenti formam non potest renunciari, *gl.in l. à diuo Pio, ff. de rit. nupt. cum similib. allegat.per Modernos in l.inter cætera, ff.de liber. & posthum.* sed verba sunt de forma stipulationis, *d. l.* 1. ergò ipsi formæ nequeunt partes renunciare, ità *Alciat.in d. l.* 1. *ff. de verb.oblig.n.* 7.

Obijcies ex *tex. in cap. tuis ex.de testib.* cum ibi notatis per *Alciat.* vbi possunt partes iuramento testium renunciare: ergo sic etiã huic solemnitati verborum.

Respõdet primò *Alciat.* iuramentum testium non esse de solemnitate,& forma iudicij, sed respicere veritatem negotij,alias solem-

lemnitas, si esset substantialis, respiceret ius publicum Bald. *in auth. sed nouo iure, C. si cert. petat. Aretin in l. haeredes palàm. in princip. ff. de testam.* cui publico iuri renunciari nequit, *Vulg. l. ius publicum 39. ff. de pact.*

Rerum Summa.

1 *Mortis effectus varij.*

2 *Matrimonium soluitur, vel morte, vel diuortio, vel Religionis ingressu, quo soluto fit locus restitutioni dotis.*

3 *Dos datur pro oneribus matrimonij supportandis.*

4 *Dictio semper multiplicem habet acceptionem.*

5 *Restitutio dotis consistentis vel in rebus immobilibus, vel mobilibus quomodò fiat tum iure communi, tum iure consuetudinario.*

6 *Maritus, vel eius haeredes numquid faciant fructus suos ex rebus mobilibus datis in dotem durante dilatione legali ad restituendum, & de vera opinione. nu. 14.*

7 *Dilatione data per legem, quod interim percipitur, fit eius, cui fuit data dilatio.*

8 *Dilatio data marito, vel haeredibus ad restituenda bona mobilia ad quid prosit?*

9 *Tex. in l. vnic. §. exactio, C. de rei vxor. action. quomodo procedat respectu fructuum ex rebus mobilibus datis in dotem.*

10 *Fructus percepti intrà annum à die soluti matrimonij sunt diuidendi pro rata inter coniuges.*

11 *Fructus rerum mobilium augent dotem.*

12 *Haeredes mariti possidentes bona mulieris mobilia intrà annum a die soluti matrimonij num sint in mala fide?*

13 *Fructus nullo iure videntur percipi ab haeredibus mariti, si ex mobilibus datis in dotem percipiantur, & intrà annum à die soluti matrimonij.*

15 *Fructus veniunt ex mora, & an haeredes nolentes restituere fructus perceptos intrà an-*

annum à die soluti matrimonij sint in mora?

16 *Maritum, vel eius hæredes posse medij temporis interusurium retinere, si antè annum à die soluti matrimonij dotem in bonis mobilibus consistentem ij reddidissent, nonnulli tenent, sed veritas est nu.* 19.

17 *Debitor antè diem soluens magnum commodum creditori affert, & antè diem soluens videtur plus tempore soluere sed vide nu.* 18.

20 *Dilatio ad restituenda bona mobilia dotis est introducta fauore mariti, & hæredum.*

21 *Maritus, vel eius hæredes volentes gaudere dilatione legali ad restituenda bona mobilia dotalia debent dare cautionem de restituendo.*

22 *Mulier durante dilatione legali ad restituenda bona mobilia dotis debet interim ab hæredibus viri alimenta consequi.*

23 *Alimẽta quomodò iure cõsuetudinario sint mulieri præstanda intrà annum luctus?*

QVÆSTIO TERTIA.

De restitutione Dotis, & fructuum durante legis dilatione perceptorum.

1 MOrs sola fatetur quantula sint nostra corpuscula. Iuuenalis *Satyr.* 10. quod nisi hac die obieris, paucis post diebus, cum homo sis natus, tibi est moriendum ex *Cicer. ad Sulpic.* nec repentè in mortem incidimus, sed minutatim procedimus, quotidiè enim diminuitur aliqua pars vitæ, hũc etiã, quem agimus diem, cum morte partimur. *Seneç. epistol.* 24. Eiusque effectus in hac etiam quæstione re-
2 censetur, vt vel scilicèt morte, vel diuortio matrimonium soluatur, quo soluto dos mulieri restitui debebit, *l.* 2 *ff. solut. matrim.* latè *Ep. Ricc. in Collectan. decis.* 2246. pariter ob religio-

gionis ingressum matrimonium ratum, & non consumatum dissoluitur, etenim coniuges duorum mensium potiuntur curriculo à tempore matrimonij contracti ad deliberandum, si voluerint, vel non matrimonium consumare, & interim debitum sibi inuicem reddere non sunt adstricti, *cap. ex publico, cap. ex parte ex. de conuersion. coniugat. Abb. in cap. proposuisti ex. de probat. S. Thom.* 2. 2. *q.* 88. *&* *in* 4. *dist.* 38. *Couarrun. de sponsal. par.* 2. *cap.* 7. §. 4. *Guttierez pract. qq. cap.* 17. *Barb. in rubr.* 1. *ff. sol. matr. par.* 2. *n.* 73. *Sanchez de matr. lib.* 2. *disput.* 18. *Basilius lib.* 9. *cap.* 9. ret. *D. Capon. in d. rubr. ff. de sol. matr. q.* 2. *sub n.* 1. ea propter in hoc casu queibit mulier dotem repetere, *l. fin. C. de episcop. & cleric. gl. d. cap. ex public.*

3 Et ratio cur soluto matrimonio dos restitui debeat, & vera est, quia dos datur viro pro oneribus matrimonij supportandis, *l. pro onerib.* 20. *C. de iure dot.* igitur matrimonio cessante dos cessabit, ac mulieri reddi debebit.

Dices, quod dos datur, vt sit semper penès maritum, *l.* 1. *ff. de iure dot.* ibi, *dotis caussa perpetua est, & cum voto eius, qui dat, ità contrahitur, vt semper apud maritum sit*, ergò non debet à viro, vel eius hæredibus mulieri restitui.

Respondeo disting. anteced. dos datur, vt sit semper penès maritum, idest semper constante matrimonio, & conced. semper & in omni tempore etiam soluti matrimonij, & neg.

4 dictio enim semper variè accipi solet, nàm interdum includit omnis temporis perpetuitatem, & continuationem, vt capitur in *l.* 1. *ff. sol matrim. Simon de Prat. de interpratat. vltim. volunt. lib.* 3. *dubit.* 5. *nu.* 19. *& Marescott. cum alijs per*

eum

eam congestis variar. resol. lib.2.cap.25. n.5. aliquando restringitur ad spacium annorum 30. vt in *cap. 1. iuncta gl. vers. quandocunq; de feud. dat. in Vicar. Tiraquell. latè in tract. de retract. conuention. §.1. gl. 2. n.9.* ac sæpepius *vt in d. l. 1.* in contrarium adducta accipitur secundũ subiectam materiam, *Surd. decis. 2. nu. 13. Grat. diction. 236. Cardin. Tusc. tom. 2. litt. D. conclus. 371.*

5 Hæc sanè dotis restitutio diuersimodè iuxtà rerum dotalium varietatem fieri debebit, quia si agatur de restituendis bonis immobilibus in dotem datis, & hęc confestim soluto matrimonio reddi debebunt *l. vnic. §. exactio. C. de rei vxor. act.* sic etiam iure nostro cõsuetudinario Neap. bona corredi apparentis, & immobilia æstimata cõfestim quoque sunt soluto matrimonio restituenda, immò potest mulier propria capere illa bona authoritate, vt in *Consuetud. ità quod sub tit. de iure dot. Surd. de aliment. tit. 1. q. 44. n. 63. Molfes. ad Consuetud. Neap. part. 6. q. 7. nu. 5. 6.* Sin autem bona sint mobilia, vel sese mouentia, & tunc de iure florum restitui dos debebit annua, bima, trima die idest in tribus annis, sed tertia pars quolibet anno, verùm de iure Codicis, & consuetudinario lapso anno à die soluti matrimonij *d. §. exactio,* similiter valor corredi non apparentis intrà annum à die mortis viri, vt in *Consuetud. viro mortuo, sub tit. de iure dot. D. de Franch: decis. 562. Id. Molfes. vbi sup. part. 6. tit de iure dot. q. 7. n. 1. Barb. d. l. 2. par. 1. n. 2.*

Erat autem discrimen inter bona stabilia, & bona mobilia, si quidem iure antiquo florum non dabatur legalis dilatio in omnibus mobilibus, sed tantùm in his, quæ pondere,

num. & mensura consistebant, hæc enim annua, bima, trima die restituebantur, quia scilicèt in his nō eædem res, sed aliæ eiusdem qualitatis reddendæ sunt, *l. res in dotem 43. ff. de iure dot.* & ideò quia facilis non erat restitutio, data erat prædicta dilatio, quam posteà Iustinianus restrinxit ad annum, & in recompensationem huius oneris illum fauorem tribuit maritis, vt pro rebus mobilibus haberent dilationem legalem, vt in *d. §. exactio.*

6 Ex his per quam magnè controuertebant DD. posito, quod essēt datæ res in dotem se se mouentes, putà animal, vel Nauis, vel alia mobilis, vtrum durante anno ad eas restituendas maritus, vel eius hæredes teneātur deindè restituere illas vnà cum fructibus?

In qua controuersia triplex fuit eorum opinio, & prima concludebat maritum, vel eius hæredes facere fructus suos irreuocabiliter, vt est *gl. communiter recepta in d. l. vnic. §. exactio C. de rei vxor. act. & in l. diuortio, ff. solut. matr.* eam sequuntur *Bart. Castr. Alex. Ias. Couarru. de sponsal. par. 2. cap. 3. §. 9. nu. 9. Viu. commun. opinion. lib. 2. opin. 320. & D. Cap. in l. 2. q. 1. sub n. 16. ff. solut. matr.*

7 Adducebāt primò, quod quoties dilatio data est per legem, quod interim percipitur, pertinet ad vtilitatem eius, cuius fauore inducta fuit dilatio, *l. si constante 25. §. quoties ff. solut. matr. l. si mulier. 22. §. verum ff. de act. rer. amotar.* at qui hæc dilatio est data à lege fauore mariti, vel hæredum, ergò pertinet ad vtilitatem eorundem mariti, vel hæredum.

Respondetur disting. maior. quod interim percipitur, pertinet ad vtilitatem eius, cuius fauore facta

facta fuit dilatio lege non disponente, & cōced. lege aliter disponente, & neg. quemadmodum in *d.* §. *exactio*, videtur aliter fuisse prouisum.

8 Secūdò arguebant, quod si maritus, eiusq; hæredes non facerent fructus suos, vtique dilatio illa parum prodesset, & frustratoriè concessa fuisset à lege, sed ipsa lex, & natura nihil frustrà operatur, vt in *l. quibus idem* 18. *ff. de verb. oblig.* ergò.

Respondetur, quod illa dilatio legalis proderit quantùm ad vsum, licèt nō prosit quantùm ad fructus, sic etiam proderit, nè præcipitentur hæredes ad solutionem, interim vtentur ad pompam, ornamentum, luxum, & honorem domus *arg. tex. in l. sed mihi* 3. *in fin. cum l. seq. & in l. si vt certo* 5. §. *si de me, ff. Commod.*

Secunda opinio erat eorum, qui fatebantur hæredes, vel maritum non lucrari fructus, & restituere illos debere, ità *Bald. Nouell. de dot. part.* 8 *priuileg.* 6. *nu.* 12. eam tuetur acerrimè *Zas. singular. respons. lib.* 2. *cap.* 3. & *Capyc. decis.* 24. *num.* 4.

9 Quorum opinio probari videtur primò, ex *tex. d. l. vnic.* §. *exactio*, vbi sicuti fructus immobilium rerū sunt parti mulieris præstādi ex tempore dissoluti matrimonij, ità & fructus mobilium, ibi, *similiq; modo pensionibus, vel vecturis nauium, siuè iumentorum, vel operis seruorum, vel quæstu ciuilium annonarum, & alijs, quæ sunt eis similia parti mulieris restituendis.*

Respondent *Ias. in d. l. diuortio, nu.* 19. & sequitur *Barb. in d. l.* 2. *n.* 7. *versiculum illum*, (*similiq; modo*) continere appendicem eorum, quæ dicta fuerunt in antecedentibus, & sic est explicandus secundùm distinctionem factam in principio, vt scilicèt in immobili-

bilibus veniant fructus à die soluti matrimonij, in mobilibus autem à die finitæ dilationis legalis.

10 Secundò illam comprobabant ex *tex.in l. diuortio* 8.§.*non solum,ff.solut. matr.* vbi agitur de fructibus rerum mobilium idest de fœtibus pecorum, & similium, & probat I. C. ibid. quod prædicti fructus percepti intrà annum, quo soluitur matrimonium, sũt diuidendi pro rata inter coniuges: ergò si fructus percepti intrà annum pertinerent ad maritum irreuocabiliter, non essent diuidendi pro rata inter cõiuges, sed potiùs pars mulieris ad maritum pertineret.

Respondetur textum illum posse in contrarium retorqueri, cum probet, quod fructus, vel vsuræ in rebus dotalibus mobilibus non debeãtur, nisi post annum, in immobilibus autem illicò debeantur à tẽpore soluti matrimonij.

11 Tertiò afferebant *tex.in l.si marito*, 32.§.*fin.ff.solut. matrim* probantem fructus rerum mobilium dotem augere, & nullo pacto ad maritum pertinere.

Respondet *D. Capon. d. l.* 2.*q.*1.*sub nu.* 19.quod *tex.* loquitur in fructibus quibusdam rerum mobilium, quos maritus nec etiam cõstante matrimonio facit suos, vt sunt partus ancillarum, & ea, quę seruus dotalis acquirit non ex operis suis, nec ex re mariti; sed si fructus tales essent, quod percepti constante matrimonio transirent in dominium mariti, tunc alias erit concludendum.

12 Quartò dicebant, quod malæ fidei possessor fructus non facit suos, *l. bonæ fidei emptor.* 48.*ff.de acquir. rerũ domin.cum concord.* sed isti hęredes sunt malę fidei possessores, ergò non faciunt fructus suos. Minor

nor

nor patet, nam malæ fidei possessor est, qui cũ sciat, vel credat, rem alienam possidet, *Couarruu. in cap. possessor malæ fidei de regul. iur. in 6. part. 2. §. 7.* Sed isti hæredes scienter rem alienam possident, cum soluto matrimonio dos sit in dominio mulieris; siuè in rebus mobilibus, siuè in rebus immobilibus consistat *l. in rebus 30. C. de iure dot. l. fin. C. solut. matr. Bald. in l. dotis actione, C. cit. tit.* ergò isti hæredes sunt malæ fidei possessores.

Respõderi potest disting. maiorẽ secũdi argumenti, malæ fidei possessor est, qui cum sciat, rem alienam possidet lege resistente, & conced. lege permittente, & neg. quia nullam pœnam meretur, qui facit actum permittente lege, *l. Graccus 4. C. ad leg. iul. de adult.* sicuti huiusmodi hęredes, qui annum habent ad res mobiles restituendas.

13 Quintò, & vltimò argumentabantur, nàm vel fructus isti percipientur ex rebus dotalibus ratione dominij, vel propter onera matrimonij; sed neutrum in hæredibus dici potest, quia nec domini sunt, nec matrimonij subeunt onera, igitur nec fructus percipi poterunt.

Respondetur neg. min. quia debent hæredes alimenta vxori, vt dicetur, & sic matrimonij onera subeunt.

14 Tertia, & melior est opinio *Bart. in l. si constante, §. quoties n. 9. ff. solut. matr.* quæ placuit *Anton. Gomes. in l. 51. Taur. n. 47. & Garf. de expens. cap. 8. n. 34.* vt si res mobiles dotales fructuosæ sint, putà iumenta, Naues, & similes, & fructus ex eis restituentur ab hæredibus, sin autem non sunt fructiferę, vt est pecunia ad *tex. in l. vsura. 121. ff. de verb. signific.* & tunc id, quod ex earum vsu venit,

si

sit hæredum, quia durante prædicta dilatione licitè dotali pecunia vtuntur, sic etiam neq; vsurarius, vel fur tenentur restituere pecuniam, quam ex pecunia furto substracta, vel vsuraria perceperunt, cum magis ex industria sua videãtur quæsijsse, *S.Thom. 2.2. q.88.art.3.* Nauarr. *in manual.cap.17.n 25.* *Couarru. variar.resol.lib.3.cap.3.n.6.*

Et hæc opinio rectè deducitur ex *tex. d. l vnic. §. fructus*, ibi, *pensionibus, vel vecturis nauium, siuè iumentorum, & alijs quæ sunt eis similia*, nàm loquitur Imperator de rebus mobilibus fructiferis.

Confirmatur ex *d. l. diuortio* 8. *§. non solum*, vbi ij fructus sunt diuidendi, qui proueniunt ex lana, & fœtu ouium, quo in casu dilatio non concedebatur de iure florum, at solùm cõcedebatur in rebus mobilibus consistentibus põdere, num. & mensura, itàq; discrimen erat inter hos fructus.

15 Verùm obijcies cum *D. Capon.ibid n.*17 quod maritus, vel eius hæredes nõ teneantur ad restitutionem etiam fructuum ex rebus fructiferis, quia fructus veniunt ex mora, *l. in initio* 5. *C. de pact. inter empt. & vend. l. si longis* 7. *C. de exequut. rei iudic.* sed maritus, vel hæredes non sunt in mora, *arg. l. si pupillus* 127. *ff. de verb. obligat.* ergò ad nullos fructus restituendos tenebuntur.

Respondeo, quod fructus etsi non debeantur ex mora, debebũtur tamẽ ex mala fide, siuè saltem ex hæredum scientia, qui nequibunt fructus aliquo iure percipere, & propterea nisi alimenta vxori viduæ dederint, restituere tenebũtur. Immò qui fructus non iure occupat, dicitur semper esse in mora, *Boer. decis.* 224. refert *Arism.Tepat. var. iur. sent.* tit.

tit. 275.*cap.* 10.§.6.ex quibus omnibus.

16 Deducitur primò, quam futilis sit opinio illa, quod si maritus, vel eius hæredes antè annum reddidissent dotem in bonis mobilibus consistentem, valeant sibi medij temporis interusurium retinere, prout eandem infirmam opinionem tenent *Bald. in auth. & qui iurat C. de bonis authorit. iudic. possid. Alex. in d.l. diuortio in princip. Ias. in l. qui Roma notabil.* 1.*ff. de verb. obligat. Cott. in memorial. fol. matr. Tiraquell. de retract. consanguinit.* §. 1.*gl.* 18 *n.* 36.*Corn. cons.* 129.*vol.* 1. *Angel. hic n.* 9. *Rebuff. de sentent. prouision. tom.* 1.*artic.* 3.*gl.* 1.*num.* 10 *in fin. Capyc. decis.* 24. *n.* 6. *Napodan. in consuetud. si mulier. nupt. n.* 18. vbi *Consil. de bottis in addit. incip. quod si hæredes viri Molfes. ad easd. consuetud. Neap. part.* 6. *tit. de iure dot. q.* 9 *n.* 14. *Barbos. d.l.* 2. *part.* 2. *nu.* 30. *D. Capon. ibid. q.* 1. *n.* 12.

17 Eorum argumenta sunt, nàm debitor antè diem soluens magnum commodum affert creditori, *l.* 1. § *si quis creditori, ff. ad leg. Falcid. l. debitor* 84. *in princ. ff. de leg.* 2. cuius rei exemplum est in prælegationis, & repræsentationis commodo, vt *in l. cum quis vxori* 3. *in princip ff. de dot. prælegat.* & antè diem soluens videtur plus tempore soluere §. *plus sup. hoc eod. l. eum qui.* 15. *ff. de ann legat. l. solidũ,* 85. *ff. de solut. l. si cui,* 12. §. *minus, ff. de verb. signif.* igitur saltem respectu illius commodi, & in plus solutionis potest interusurium retinere.

18 Respondetur omnia præfata iura intelligi, quãdo creditor antè tempus instaret, tunc enim debitor videretur plus tempore soluere, & hoc, vt creditor sic instans incideret in pœnam plus petitis, at non propterea, quod de-

debitor vult spontè antè diem soluere, potest indè creditum dotis diminuere, ac prætextu fauendi mulieri, illius iuribus præiudicare.

19 Rursus argumentum huius prioris opinionis erat, quia potest quilibet fauori suo renunciare, *l. si quis in conscribendo 29. C. de pact.* sed hæc dilatio est introducta fauore mariti, & eius hæredum, *d.l.vnic.* §. *exactio*, imò in dubio tempus semper censetur adiectum fauore debitoris, *l. cum tempus 17. ff. de reg. iur. l. quod in diem 70. ff. de solution.* ergò possunt hæredes dilationi renunciare, & soluentes antè tempus, petere interusurium.

Respondetur primò, cõcedendo posse hæredes renunciare dilationi, sed non indè infertur necessariò, quod renunciando possint interusurium petere, vel secundo, dato quod renunciãdo potuissent interusurium retinere, negatur, quod hæc sit renunciatio dilationis, quia cũ soluit dotem deducto interusurio, nihil renunciat, cum & illud interusurium succedat loco dilationis, & implementi secundum *Bart. in l stipulationes non diuiduntur, n. 40. in fin. ff. de verb. oblig Bald. in l. iuris gentium.* §. *quinimò, ff. de pact. Aretin. consil. 83. col. 2. Iaf. in l. 2. n. 149. C. de iure emphyt. & Dec. in l. cum proponas nu. 8. C. de pact.*

20 Melior tamen est opinio, quod nequeant hæredes hoc interusurium retinere, vt tenet singulariter *Surd. de alim. tit. 1. q. 45. n. 58.* Et probatur primò ex *d.l. si constante 25.* §. *quoties, ff solut. matrim.* vbi tunc medij temporis interusurium debetur, quando cautio à marito, vel eius hæredibus exigeretur, at quando mulier solutionem non vrget, neq; fide-

fideiussionem dari petit, non est iure scriptū, quod cogatur solutionem recipere cum diminutione sortis.

Secundò, & si creditor inuitus cogi possit solutionem debiti recipere, tamē hoc non procedit, vbi debitor non totum id, quod debet, soluit, & quandò creditoris interest non totum, *d.l.qui Roma* 122. *in princip.ff.de verb.oblig.* vbi *Iaf.n.4.* hinc depositum, si fiat diminutum, & non integrum, eius oblatio non liberat debitorē ab vsurarum cursu, ità in *l.2.C.de bit.vendit. pignor. impedir. non pos. in l. obsignatione 9. C.de solution.* *Angel. Salyc. & Castr. in l acceptam, C.de vsur.* latè *Tiraquell. de retract. conuention.* §. 4. *gl.6. nu.23.* & alios ref. *Caroc.de oblationib.par.1.q.6.* sed talis est solutio huius dotis propter prædictum interusurium diminutæ, ergò mulier creditrix non potest cogi talem dotem accipere diminutam.

21 Deducitur secūdò, quod vir, vel eius hæredes hac dilatione gaudere volentes, debēt cautionem præstare de restituendo mobilia lapso anno. *D. de Franch. decis.* 218. *& Petr. ad Capyc. decis.* 24.

22 Deducitur tertiò, quod interim mulier ab hæredibus mariti ali debebit, hinc fit, quod tanto minus ipsi de fructibus rerum mobilium perceptis restituere [illegible], quātò plus expenderint pro dictis alimentis [illegible] *tric.* §. [illegible] *Capyc. d. decis.* 24. [illegible] enim conueniens, quod si præfati hæredes [illegible], & vsum [illegible] temporis saltem ad [illegible] consequātur, incommodum quoq; alendi [illegible] habeant ex rerum [illegible] fructibus ex [illegible] secundum [illegible].

23 Quibus consequen[illegible]

gionis ingressum matrimonium ratum, & non consumatum dissoluitur, etenim coniuges duorum mensium potiuntur curriculo à tempore matrimonij contracti ad deliberandum, si voluerint, vel non matrimonium consumare, & interim debitum sibi inuicem reddere non sunt adstricti, *cap. ex publico, cap. ex parte ex. de conuersion. coniugat. Abb. in cap. proposuisti ex. de probat. S. Thom.* 2. 2. *q.* 88. *& in* 4. *dist.* 38. *Couarrun. de sponsal. par.* 2. *cap.* 7. §. 4. *Guttierez pract. qq. cap.* 17. *Barb. in rubr.* 1. *ff. sol. matr. par.* 2. *n.* 73. *Sanchez de matr. lib.* 2. *disput.* 18. *Basilius lib.* 9. *cap.* 9. ref. *D. Capon. in d. rubr. ff. de sol. matr. q.* 2. *sub n.* 1. ea propter in hoc casu queibit mulier dotem repetere, *l. fin. C. de episcop. & cleric. gl. d. cap. ex public.*

3 Et ratio cur soluto matrimonio dos restitui debeat, & vera est, quia dos datur viro pro oneribus matrimonij supportandis, *l. pro onerib.* 20. *C. de iure dot.* igitur matrimonio cessante dos cessabit, ac mulieri reddi debebit.

Dices, quod dos datur, vt sit semper penès maritum, *l.* 1. *ff. de iure dot.* ibi, *dotis caussa perpetua est, & cum voto eius, qui dat, ità contrahitur, vt semper apud maritum sit*, ergò non debet à viro, vel eius hæredibus mulieri restitui.

Respondeo disting. anteced. dos datur, vt sit semper penès maritum, idest semper constante matrimonio, & conced. semper & in omni tempore etiam soluti matrimonij, & neg.
4 dictio enim semper variè accipi solet, nàm interdum includit omnis temporis perpetuitatem, & continuationem, vt capitur in *l.* 1. *ff. sol matrim. Simon de Prat. de interpratat. vltim. volunt. lib.* 3. *dubit.* 5. *nu.* 19. *& Marescott. cum alijs per eum*

eum congestis variar. resol. lib.2.cap.25. n.5. aliquando restringitur ad spacium annorum 30. vt in *cap. 1. iuncta gl.vers. quandocunq; de feud.dat. in Vicar. Tiraquell.latè in tract.de retract. conuention.§.1.gl.2.n.9.* ac sæpepius *vt in d. l. 1.* in contrarium adducta accipitur secundũ subiectam materiam, *Surd. decis. 2. nu. 13. Grat. diction. 236. Cardin.Tusc. tom.2. litt. D. conclus.371.*

5 Hæc sanè dotis restitutio diuersimodè iuxtà rerum dotalium varietatem fieri debebit, quia si agatur de restituendis bonis immobilibus in dotem datis, & hęc confestim soluto matrimonio reddi debebunt *l. vnic. §. exactio. C. de rei vxor.act.* sic etiam iure nostro cõsuetudinario Neap. bona corredi apparentis, & immobilia æstimata cõfestim quoque sunt soluto matrimonio restituenda, immò potest mulier propria capere illa bona authoritate, vt in *Consuetud. ità quod sub tit. de iure dot. Surd. de aliment.tit.1. q.44. n.63. Molfes. ad Consuetud. Neap.part.6.q.7.nu.5.6.* Sin autem bona sint mobilia, vel sese mouentia, & tunc de iure florum restitui dos debebit annua, bima, trima die idest in tribus annis, sed tertia pars quolibet anno, verùm de iure Codicis, & consuetudinario lapso anno à die soluti matrimonij *d.§.exactio*, similiter valor corredi non apparentis intrà annum à die mortis viri, vt in *Consuetud. viro mortuo, sub tit. de iure dot. D. de Franch: decis. 562. Id. Molfes. vbi sup.part.6.tit de iure dot.q.7. n.1. Barb.d.l.2.par.1.n.2.*

Erat autem discrimen inter bona stabilia, & bona mobilia, si quidem iure antiquo florum non dabatur legalis dilatio in omnibus mobilibus, sed tantùm in his, quæ pondere,

num. & mensura consistebant, hæc enim annua, bima, trima die restituebantur, quia scilicèt in his nō eædem res, sed aliæ eiusdem qualitatis reddendæ sunt, *l. res in dotem 43. ff. de iure dot.* & ideò quia facilis non erat restitutio, data erat prædicta dilatio, quam posteà Iustinianus restrinxit ad annum, & in recompensationem huius oneris illum fauorem tribuit maritis, vt pro rebus mobilibus haberent dilationem legalem, vt in *d. §. exactio.*

6 Ex his per quam magnè controuertebant DD. posito, quod essēt datæ res in dotem se se mouentes, putà animal, vel Nauis, vel alia mobilis, vtrum durante anno ad eas restituendas maritus, vel eius hæredes teneātur deindè restituere illas vnà cum fructibus?

In qua controuersia triplex fuit eorum opinio, & prima concludebat maritum; vel eius hæredes facere fructus suos irreuocabiliter, vt est *gl. communiter recepta in d. l. vnic. §. exactio C. de rei vxor. act.* & *in l. diuortio ff. solut. matr.* eam sequuntur *Bart. Castr. Alex. Ias. Couarru. de sponsal. par. 2. cap. 3. §. 9. nu. 9. Viu. commun. opinion. lib. 2. opin. 320. & D. Cap. in l. 2. q. 1. sub n. 16. ff. solut. matr.*

7 Adducebāt primò, quod quoties dilatio data est per legem, quod interim percipitur, pertinet ad vtilitatem eius, cuius fauore inducta fuit dilatio, *l. si constante 25. §. quoties ff. solut. matr. l. si mulier. 22. §. verum ff. de act. rer. amotar.* at qui hæc dilatio est data à lege fauore mariti, vel hæredum, ergò pertinet ad vtilitatem eorumdem mariti, vel hæredum.

Respondetur disting. maior. quod interim percipitur, pertinet ad vtilitatem eius, cuius fauore facta

facta fuit dilatio lege non disponente, & cõced. lege aliter disponente, & neg. quemadmodum in *d.* §. *exactio*, videtur aliter fuisse prouisum.

8 Secūdò arguebant, quod si maritus, eiusq; hæredes non facerent fructus suos, vtique dilatio illa parum prodesset, & frustratoriè concessa fuisset à lege, sed ipsa lex, & natura nihil frustrà operatur, vt in *l. qui bis idem* 18. *ff. de verb. oblig.* ergò.

Respondetur, quod illa dilatio legalis proderit quantùm ad vsum, licèt nõ prosit quantùm ad fructus, sic etiam proderit, nè præcipitentur hæredes ad solutionem, interim vtentur ad pompam, ornamentum, luxum, & honorem domus *arg. tex. in l. sed mihi* 3. *in fin. cum l. seq. & in l. si vt certo* 5. §. *si de me, ff. Commod.*

Secunda opinio erat eorum, qui fatebantur hæredes, vel maritum non lucrari fructus, & restituere illos debere, ità *Bald. Nouell. de dot. part.* 8 *priuileg.* 6. *nu.* 12. eam tuetur acerrimè *Zas. singular. respons. lib.* 2. *cap.* 3. *& Capyc. decis.* 24. *num.* 4.

9 Quorum opinio probari videtur primò, ex *tex. d. l. vnic.* §. *exactio*, vbi sicuti fructus immobilium rerũ sunt parti mulieris præstãdi ex tempore dissoluti matrimonij, ità & fructus mobilium, ibi, *similiq; modo pensionibus, vel vecturis nauium, siuè iumentorum, vel operis seruorum, vel quæstu ciuilium annonarum, & alijs, quæ sunt eis similia parti mulieris restituendis.*

Respondent *Ias. in d. l. diuortio, nu.* 19. & sequitur *Barb. in d. l.* 2. *n.* 7. *versiculum illum*, (*similiq; modo*) continere appendicem eorum, quæ dicta fuerunt in antecedentibus, & sic est explicandus secundùm distinctionem factam in principio, vt scilicèt in immobili-

bilibus veniant fructus à die soluti matrimonij, immobilibus autem à die finitæ dilationis legalis.

10 Secundò illam comprobabant ex *tex.in l. diuortio* 8.§.*non solum,ff.solut. matr.* vbi agitur de fructibus rerum mobilium idest de fœtibus pecorum, & similium, & probat I. C. ibidem quod prædicti fructus percepti intrà annum, quo soluitur matrimonium, sūt diuidendi pro rata inter coniuges: ergò si fructus percepti intrà annum pertinerent ad maritum irreuocabiliter, non essent diuidendi pro rata inter cōiuges, sed potiùs pars mulieris ad maritum pertineret.

Respondetur textum illum posse in contrarium retorqueri, cum probet, quod fructus, vel vsuræ in rebus dotalibus mobilibus non debeātur, nisi post annum, in immobilibus autem illicò debeantur à tēpore soluti matrimonij.

11 Tertiò afferebant *tex.in l.si marito*,32.§.*fin.ff.solut. matrim.* probantem fructus rerum mobilium dotem augere, & nullo pacto ad maritum pertinere.

Respondet *D. Capon. d. l.*2.*q.*1.*sub nu.*19.quod *tex.* loquitur in fructibus quibusdam rerum mobilium, quos maritus nec etiam cōstante matrimonio facit suos, vt sunt partus ancillarum, & ea, quę seruus dotalis acquirit non ex operis suis, nec ex re mariti; sed si fructus tales essent, quod percepti constante matrimonio transirent in dominium mariti, tunc alias erit concludendum.

12 Quartò dicebant, quod malæ fidei possessor fructus non facit suos, *l. bonæ fidei emptor*.48.*ff.de acquir. rerū domin.cum concord.*sed isti hęredes sunt malę fidei possessores, ergò non faciunt fructus suos. Minor

nor patet, nam malæ fidei possessor est, qui cũ sciat, vel credat, rem alienam possidet, *Couarrun. in cap. possessor malæ fidei de regul. iur. in 6. part.* 2. §. 7. Sed isti hæredes scienter rem alienam possident, cum soluto matrimonio dos sit in dominio mulieris; siuè in rebus mobilibus, siuè in rebus immobilibus consistat *l. in rebus 30. C. de iure dot. l. fin. C. solut. matr. Bald. in l. dotis actione, C. cit. tit.* ergò isti hæredes sunt malæ fidei possessores.

Respõderi potest disting. maiorẽ secũdi argumenti, malæ fidei possessor est, qui cum sciat, rem alienam possidet lege resistente, & conced. lege permittente, & neg. quia nullam pœnam meretur, qui facit actum permittente lege, *L. Graccus 4. C. ad leg. iul. de adult.* sicuti huiusmodi hæredes, qui annum habent ad res mobiles restituendas.

13 Quintò, & vltimò argumentabantur, nàm vel fructus isti percipientur ex rebus dotalibus ratione dominij, vel propter onera matrimonij, sed neutrum in hæredibus dici potest, quia nec domini sunt, nec matrimonij subeunt onera, igitur nec fructus percipi poterunt.

Respondetur neg. min. quia debent hæredes alimenta vxori, vt dicetur, & sic matrimonij onera subeunt.

14 Tertia, & melior est opinio *Bart. in l. si constante, §. quoties n. 9. ff. solut. matr.* quæ placuit *Anton. Gomes. in l. 51. Taur. n. 47. & Garf. de expens. cap. 8. n. 34.* vt si res mobiles dotales fructuosæ sint, putà iumenta, Naues, & similes, & fructus ex eis restituentur ab hæredibus, sin autem non sunt fructiferę, vt est pecunia ad *tex. in l. vsura. 121. ff. de verb. signific.* & tunc id, quod ex earum vsu venit,

fit

fit hæredum, quia durante prædicta dilatione licitè dotali pecunia vtuntur, sic etiam neq; vsurarius, vel fur tenentur restituere pecuniam, quam ex pecunia furto substracta, vel vsuraria perceperunt, cum magis ex industria sua videātur quæsijsse, *S.Thom. 2.2. q.88.art.3.* *Nauarr. in manual.cap.17.n 25.* *Couarru. variar.resol.lib.3.cap.3.n.6.*

Et hæc opinio rectè deducitur ex *tex. d. l vnic.* §. *fructus*, ibi, *pensionibus*, *vel vecturis nauium, siuè iumentorum, & alys quæ sunt eis similia*, nàm loquitur Imperator de rebus mobilibus fructiferis.

Confirmatur ex *d. l. diuortio* 8. §. *non solum*, vbi ij fructus sunt diuidendi, qui proueniunt ex lana, & fœtu ouium, quo in casu dilatio non concedebatur de iure florum, at solùm cōcedebatur in rebus mobilibus consistentibus pōdere, num. & mensura, itàq; discrimen erat inter hos fructus.

15 Verùm obijcies cum *D. Capon.ibid.n.*17 quod maritus, vel eius hæredes nō teneantur ad restitutionem etiam fructuum ex rebus fructiferis, quia fructus veniunt ex mora, *l. in initio* 5. *C. de pact. inter empt. & vend. l. si longis* 7. *C. de exequut. rei iudic.* sed maritus, vel hæredes non sunt in mora, *arg. l. si pupillus* 127. *ff. de verb. obligat.* ergò ad nullos fructus restituendos tenebuntur.

Respondeo, quod fructus etsi non debeantur ex mora, debebūtur tamē ex mala fide, siuè saltem ex hæredum scientia, qui nequibunt fructus aliquo iure percipere, & propterea nisi alimenta vxori viduæ dederint, restituere tenebūtur. Immò qui fructus non iure occupat, dicitur semper esse in mora, *Boer. decis.* 124. refert *Arism.Tepat. var. iur. sent.* tit.

tit. 275.*cap.* 10.§.6.ex quibus omnibus.

16 Deducitur primò, quam futilis sit opinio illa, quod si maritus, vel eius hæredes antè annum reddidissent dotem in bonis mobilibus consistentem, valeant sibi medij temporis interusurium retinere, proùt eandem infimam opinionem tenent *Bald. in auth. & qui iurat C. de bonis authorit. iudic. possid. Alex.in d.l.diuortio in princip. Ias. in l. qui Roma notabil.* 1.*ff. de verb. obligat. Cott.in memorial. sol. matr. Tiraquell.de retract.consanguinit.*§.1.*gl.*18.*n.*36.*Corn. cons.*129.*vol.*1.*Angel.hic n.* 9. *Rebuff. de sentent. prouision.tom.*1.*artic.*3.*gl.*1.*num.* 10.*in fin.Capyc. decis.*24. *n.* 6. *Napodan. in consuetud. si mulier.nupt.n.*18. vbi *Consil. de bottis in addit. incip. quod si hæredes viri* Molfes. *ad easd. consuetud. Neap. part.*6.*tit.de iure dot. q.*9 *n.* 14.*Barbos.d.l.*2.*part.*2.*nu.* 30.*D.Capon.ibid.q.*1.*n.*12.

17 Eorum argumenta sunt, nàm debitor antè diem soluens magnum commodum affert creditori, *l.* 1. §*si quis creditori, ff. ad leg. Falcid.l.debitor* 84.*in princ. ff.de leg.* 2. cuius rei exemplum est in prælegationis, & repræsentationis commodo, vt *in l.cum quis uxori* 3.*in princip ff.de dot.prælegat.* & antè diem soluens videtur plus tempore soluere §. *plus sup. hoc eod. l. eum qui.*15.*ff de ann legat.l. solidū*,85.*ff de solut. l. si cui*, 12.§.*minus,ff.de verb.signif.* igitur saltem respectu illius commodi, & in plus solutionis potest interusurium retinere.

18 Respondetur omnia præfata iura intelligi, quādo creditor antè tempus instaret, tunc enim debitor videretur plus tempore soluere, & hoc, vt creditor sic instans incideret in pœnam plus petitis, at non propterea, quod de-

debitor vult spontè antè diem soluere, potest indè creditum dotis diminuere, ac prætextu fauendi mulieri, illius iuribus præiudicare.

19 Rursus argumentum huius prioris opinionis erat, quia potest quilibet fauori suo renunciare, *l. si quis in conscribendo 29. C. de pact.* sed hæc dilatio est introducta fauore mariti, & eius hæredum, *d.l.vnic. §. exactio*, imò in dubio tempus semper censetur adiectum fauore debitoris, *l. cum tempus 17. ff. de reg.iur.l.quod in diem 70. ff. de solution.* ergò possunt hæredes dilationi renunciare, & soluentes antè tempus, petere interusurium.

Respondetur primò, cōcedendo posse hæredes renunciare dilationi, sed non indè infertur necessariò, quod renunciando possint interusurium petere, vel secundo, dato quod renunciādo potuissent interusurium retinere, negatur, quod hæc sit renunciatio dilationis, quia cū soluit dotem deducto interusurio, nihil renunciat, cum & illud interusurium succedat loco dilationis, & implementi secundum *Bart. in l stipulationes non diuiduntur, n. 40. in fin. ff. de verb. oblig Bald. in l. iurisgentium. §. quinimò, ff. de pact. Aretin. cons. 83. col. 2. Ias. in l. 2. n. 149. C. de iure emphyt. & Dec. in l. cum proponas nu. 8. C. de pact.*

20 Melior tamen est opinio, quod nequeant hæredes hoc interusurium retinere, vt tenet singulariter *Surd. de alim. tit. 1. q. 45. n. 58.* Et probatur primò ex *d.l. si constante 25. §. quoties, ff solut. matrim.* vbi tunc medij temporis interusurium debetur, quando cautio à marito, vel eius hæredibus exigeretur, at quando mulier solutionem non vrget, neq; fide-

fideiussionem dari petit, non est iure scriptū, quod cogatur solutionem recipere cum diminutione sortis.

Secundò, & si creditor inuitus cogi possit solutionem debiti recipere, tamē hoc non procedit, vbi debitor non totum id, quod debet, soluit, & quandò creditoris intereſt non solui, *d.l. qui Romæ* 122. *in princip. ff. de verb. oblig.* vbi *Iaſ. n.* 4. hinc depositum, si fiat diminutum, & non integrum, eius oblatio non liberat debitoré ab vsurarum cursu, ità in *l.* 2. *C. de lit. vendit. pignor. impedir. non poſ. in l. obſignatione* 9. *C. de ſolution.* *Angel. Salyc. & Caſtr. in l acceptam*, *C. de vſur.* latè *Tiraquell. de retract. conuention.* §. 4. *gl.* 6. *nu.* 23. & alios ref. *Caroc. de oblationib. par.* 1. *q.* 6. sed talis est solutio huius dotis propter prædictum interusurium diminutæ, ergò mulier creditrix non potest cogi talem dotem accipere diminutam.

21 Deducitur secūdò, quod vir, vel eius hæredes hac dilatione gaudere volentes, debēt cautionem præstare de restituendo mobilia lapso anno. *D. de Franch. decis.* 218. *& Petr. ad Capyc. decis.* 24.

22 Deducitur tertiò, quod interim mulier ab hæredibus mariti ali debebit, hinc fit, quod tanto minus ipsi de fructibus rerum mobilium perceptis restituere tenentur, quātò plus expenderint pro dictis alimentis *Salycet. d l vnic.* §. *exactio*, *Capyc. d. decis.* 24. *ſub nu.* 4. est enim conueniens, quod si præfati hæredes cōmodum, & vsum medij temporis saltem ad pompam consequātur, incommodum quoq; alendi vxorem habeant ex rerum dotalium fructibus ex *reg. tex. in l. ſecundum natur.* 10. *ff. reg. iur.*

23 Quibus consequens est

N id,

id, quod habetur de iure nostro Consuetudinario, quo introductũ fuit, quod si vir decesserit cum filijs, teneãtur filij hæredes primis sex mensibus intrà luctus annum matrem alere, & in hoc tempore nullum curret interesse dotis, deindè per alios sex menses sequentes tenebuntur filij soluere matri interesse ad rationem quinq; pro centenario, vt in *d.Consuetud. viro mortuo*, vbi *Napodan. sub. n.*47. *de Franch. decis.* 562.*n.*2. nisi illis sex mensibus seqq. mater habitasset cum filijs, quia tunc non haberet interesse dotium, iuriumq; dotalium, *id.Napodan. vbi sup.*§.*haredesq, mariti num.* 94. *& de Franch. decis* 217.

Sed diuersum seruatur in hæred bus extraneis, qui primis sex mensibus non tenebuntur ad alimẽta nisi in subsidium, verùm quo ad solutionem interesse pares sunt filij, & hæredes extranei, *D. de Franch.post Napodan.d.decis.*562.*n.*3.*Molfes.d.p.*6.*q.*10.*nu.*15.*& seqq.*

Rerum Summa.

1 *Hypotheca tacita est cõcessa doti, & hac procedit tàm ex parte viri, quàm vxoris.*

2 *Hypotheca tacita priuilegiũ est concessum actioni dotis non autem persona mulieris.*

3 *Hypotheca vxoris, competit cum prælatione, sed non illa viri, & assignatur disparitatis ratio.*

4 *Hypotheca tacita competit in bonis viri, & si ille in contrarium protestatus fuerit.*

5 *Hypotheca tacita competit etiam in bonis fidei commisso subiectis.*

6 *Hypotheca tacita competit mulieri in bonis posteà quæsitis per maritum.*

7 *Hypotheca tacita competit vxori in bonis viri etiam ratione bonorum paraphernalium, sed non cum prælatione.*

Mu-

8 *Mulier hæretica non gaudet tacita hypotheca.*

9 *Hypotheca non competit mulieri in rebus, quas maritus non poterat alienare, vel obligare.*

PARS SECVNDA.

De Tacita Hypotheca Dotis.

1 DOti tacita inest hypotheca à lege cõcessa, & hæc ex vtraque parte procedit, vt quemadmodum in omnibus viri bonis pro dote recuperanda vxor habet hypothecam, ità mariti fauore pro dotis consequutione sunt bona vxoris tacitè hypothecata, vt patet ex *tex. nostro, in l.* 1. §. *& vt plenius.* C. *de rei vxor. act. cap. ex litteris, ex. de pignorib. Couarrun. variar. resol. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 1. Anton. *Hering. de fideiussor. cap.* 6. *nu.* 128. *Ceuall. commun. contr. commun. quæst.* 758. *nu.* 71. nonnulli relati per *Giur b. ad Cõsuetud. Messanens. cap.* 33. *gl.* 3. *par.* 1. *n.* 31. *Negusan. de pignorib. par.* 2. *mẽb.* 4. *nu.* 24. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 19. *nu.* 1. *Rot. apud* Baratt. *decis.* 844. *n.* 2. infiniti relati per *Merlin. de pignor. & hypoth. lib.*

2 3. *tit.* 2. *q.* 43. *in princip.* Et ratio, cur detur vtriq; parti est, quia priuilegiũ hoc tacitæ hypothecæ ex *d.* §. *& vt plenius,* datur principaliter actioni, non autem personæ, prout ex Barbos. *in l.* 1. *part.* 3. *n.* 27. *ff. solut. matrim, Nouell de dot. par.* 12. *q.* 2. *&* Fontanell. *de pact. nuptial. clausf.* 7. *gl.* 2. *part.* 1. *nu.* 6. *Merlin. vbi sup. n.* 9.

3 Sed est discrimen inter hypothecam viri, & illam vxoris, dum vxori competit hypotheca cum prælatione, marito verò sine prælatione, cuius discriminis eas adducunt hac de re rationes; & primò quia si maritus velit, ei cõsul-

sultum est per fideiussores, quos potest recipere pro dote sibi soluenda, *l. cum dotis 56. ff. de iure dot.* at mulier hos fideiussores exigere nequit pro dote conseruanda, vel restituẽda, *l. 1. C. ne fideiussor. dot. dent.* 2. quoniã potest maritus matrimonij consumationi obstare, donec ei dos detur, sed nequit vxor aduersus virum hoc opponere, dum dos matrimonij oneribus deseruire debet, ità ex *Polidor. Rip. obseruat. 264. nu. 6. Fontanell. d. clausul. 7. gl. 2. par. 1. n. 6. Capon. in h 1. q. rest. solut. matrim. n. 11.*

4 Extenditur primò, etiam si maritus nolle eius bona pro dotis restitutione hypothecę obnoxia fore protestatus fuerit, quia hypotheca quoq; contrahitur, cum hæc protestatio contrà ius publicum sit, *Lup. in cap. per vestras, §. 11. in princip. Fontanell. d. gl. 2. par. 1. n. 9. Mantic. dict. lib. 11. tit. 19. n. 41. & Merlin. vbi sup. n. 17.*

5 Secundò ampliatur, vt nedum in bonis liberis cõpetat hypotheca, verùm etiam in bonis fideicomisso subiectis, *Castr. in cons. 80. vol. 1. Curt. Iun. cons. 59. Abb. in cons. 503. n. 23. Dec. in cons. 376. nu 3. Seraphin. decis. 679. n. 9. Imrigl. lib. 3. sing. 10. Gurh. vbi sup. n. 32.*

6 Tertiò, vt etiam in bonis posteà quęsitis per maritum mulier tacitam habeat hypothecam, quia cum expressa bonorum obligatio includat bona præsentia, & futura, *l. fin. C. quę res pignor. oblig. poss.* ità & tacita à lege introducta, vt ait *gl. in l. assiduis. C. qui potior. in pign. habeãt,* & dixit *Merlin. loc. cit. n. 2.* hanc hypothecam tacitã esse priuilegiatam, sicuti expressam.

7 Quartò, alijs omissis de quibus *Merlin. vbi sup.* mariti bona censentur tacitè hypothecata pro restitutione

tione bonorum paraphernalium, quorum administrationem habuit, sed non cũ priuilegio prælationis, *gl. in l. si ego, ff. de iure dot. Ias. in l. maritus. n.14. C. de procurator. Cremens. singul. 145. Negusant. de pign. part. 2. memb. 4. nu. 63. Camp. de dot. part. 1. q. 8. Guttierez de iuram. cõfirm. par. 1. cap. 46. n. 2. Couarruu. variar. resol. lib. 1. cap. 7. n. 1. Vrsill. ad Afflict. decis. 44. n. 6. Pacific. de Saluian. interdict. inspect. 3. cap. 4. num. 132. Fontanell. clausul. 6. gl. 2. part. 7. nu. 63. Rend. in promptuar. recept. sentent. tit. de vir. & vxor. n. 17. Capon. d. l. 1. q. 3. num. 24.*

8 Fallit primò, si mulier esset hæretica, quo casu non gaudet hac tacita hypotheca, vt in *auth. de priuileg. dot.*

9 Secundò fallit in rebus, quas nequit maritus alienare, *l. 1. § sanè rem. ff. quæ res pign. oblig. poss* quia quæ sunt inalienabilia, sunt pariter inobligabilia, hinc nec res alienæ existentes penes maritum, neque res feudales obligabuntur, nisi contraria vigeat consuetudo, *cap. 1. §. donare qualit. olim poter. feud. alien. in vsib. feud.*

Rerum Summa.

1 *Dotis hypotheca num competat à die promissionis, an autem contracti matrimonij?*

2 *Hypotheca dotis secundùm vnam opinionem, si sit expressa, retrotrahitur ad diem promissionis, secus si tacita, & an sit vera hæc distinctio? num. 3.*

4 *Hypotheca tacita dotis competit secundùm alteram opinionem à die contracti matrimonij.*

5 *Fictio non habet locum, nisi concurrat habilitas duorum extremorum.*

6 *Hypotheca dotalis potest incipere antè contractum matrimonium, sicuti fideiussio potest præcedere principalem obli-*

obligationem.

7 *Fictiones duæ non possunt circà idem concurrere, sed hoc declaratur num.* 8.

9 *Dotis hypotheca secundùm veriorem opinionem incipit à die promissionis.*

D. Io: Franciscus Maria Pratus laudatur.

10 *Tex. in l. prim ff. qui potior. in pign. habeant, de qua hypotheca loquatur, expressa, an verò tacita?*

11 *Conditionis casualis, vel mixtæ implementum retrotrahitur ad inicium obligationis.*

12 *Mors dicitur esse casus fortuitus.*

13 *Conditio contrahendi matrimonij, & dotis restituendæ an sit potestatiua, vel casualis?*

QVÆSTIO PRIMA.

An hypotheca Dotis competat à die promissionis ipsius, an autem Contracti matrimonij?

1 AMbigua sanè fuit omniũ assensu hæc diudicata quæstio propter creditorum præiudicium medio tempore contrahẽtium, cum si ex die Capitulorum matrimonialium, vel promissionis dotis hypotheca inciperet, cuncti, qui post Capitula contraxerunt, posteriores doti forent, at si ex initarũ nuptiarum die, tunc ij, qui medias inter nuptias, & Capitula contraxerint, doti creditores ceù anteriores præferrentur, Ambigua dixi, dum ancipites in Scholis iurium professores reddidit, in Tribunalium subsellijs Aduocatos in acies diuisos, ac Senatus modo in hanc,

nunc

nunc in illam inclinarunt sententiã, vt patet ex *Reg. Sanfel.in decis.9.& in decis. 129. vol. 1. Franch. decis. 677. & Crinell. decis. Dolan.67.*

2 Tres idcircò hac de re sententias reperij, postremam quarum sequar, & prior fuit distinguentium, quod aut sumus in hypotheca expressa, & tunc illa retrotrahitur ad tẽpus promissionis, aut in hypotheca tacita, & tunc incipit à tempore contracti matrimonij, ità *Specul. tit. de solut.§.antè omnia ad fin. vers.sed pone contraxi, Polidor. Rip. obseruat. 263. Bald.Nouell.de dot.part.10. nu.39. Anton.Gomes.in l.50. Taur.num.38. Guttierez de iuram.confirmat par.1. cap. 46.n.8.Negusant.de pignor. par.2.memb.4.num.80.Molin.de Contract. disput. 438. n.10. Giurb. ad Consuetud. Messan. cap.13.gl.3.nu.32. Trentacinq; variar. resolut. lib.3. tit. de pign. & hypoth. resol.9.n.26.Thessaur.quæst. forens.lib.2.q.34.n.5. Pellicc. ad Consuetud. Auers. cons.9. nu. 141. Molfes. ad Consuetud.Neap. par.6.q.1. & 2.nu.71.*

3 Sed cum ex *Iustiani sanctione in d. l. vnic. §. & vt plenius, C. de rei vxor. act.* constitutum sit, vt cum viro dos promittitur, subintelligitur obligatio bonorum eiusdem viri pro dotis restitutione, nulla est caussa, vt hac in re fiat inter hypothecam expressã, & tacitam aliqua distinctio, quoniam per huiusmodi constitutionem non minus perfectè suum in esse deducitur hypotheca, quã si ex partium expressa conuentione, ità *Statil.Pacific. de Saluian. interdict. inspect. 3. cap. 4. nu. 40. & seqq.*

4 Altera fuit opinio, quod hæc hypotheca competat à die contracti matrimonij, sic *Bart. & Bald. in l. assiduis, C.qui potior.in pign.* hæ

habeant. Becc. in consil. 114. *n* 66.*lib.*2.*Soccin. consil.*269. *num*.4. *vol.*2.*Mantic.de tacitat.& ambig.lib.*11.*tit.*19. *num.* 12. *Paschal. de virib. patr.potest.part.*1. *cap.*4.*nu.* 71.*Crivell. d.decis.*67. *Rot. Avenionens.decis.* 25. *nu.* 1. *Pacific.d.inspect.*3 *cap.*4.*n.* 43.*Anton.Amat.variar.resolution.lib.*1. *resolut.*5. *nu.* 16. *Gratian. disceptat. forens.lib.*5. *cap.* 804. *Gait.de Credit. in appendic.nu.* 113. *Reg.Rovit.consil.*57.*n.*2.*vol.* 2.*Marta vol.*13.*nu.*90.decisum refert *Reg.Sanfelic. decis.*129.*vol.*1.

5 Mouentur primò nàm retrotractio, siuè fictio locum habere nequit, nisi duorum extremorum habilitas concurrerit, scilicèt extremi à quo, & extrem, ad quod fit translatio, ex *tex.in l.bonorum* 24. *ff. rem rat. haber. DD post Bart. in l. si is, qui pro emptor ff. de vsucapion.Castr. in l.fin.num.* 2 *ff.Commun prædior.Paris.consil.*11.*num.*29. *vol.*1.*Cassador.decis.*3.*num.* 31.*Deprabend.& alij*, quos ref. *Io. Bapt. Cost.tract. de retrotraction. monit.* 6. *ad cap.*2.*n.*2.sed in hac quæst. extremum ad quod non est habile, igitur non habet locum prædicta retrotractio ad tempus promissionis. Minor probatur, quia fit retrotractio hypothecæ ad tempus promissionis antè contractum matrimonium, & patet, quod dos nequit absquè matrimonio stare *l.*3. *ff. de iure dot. l. fin. C. de donat. ante nupt.* nec sinè matrimonio potest dari actio dotis, *l. si serua.*39. §.*fin l. plerumq;* 11.§.*si antè,l.dotis promissio* 69 *ff. de iure dot.*

6 Sed Respondeo, quod licet dos antè matrimonium nulla sit, tamen pignus, vel hypotheca dotalis incipere queit ātè nuptias initas, cum sit validum argumentum de fideiussione ad pignus, vel hypothecam, quæ omnia

ex

ex eadem causa fiunt, & accessiones alterius sint contractus, proindè sicuti fideiussio potest contractum antecedere, **§. *fideiussor. sup. de fideiussor.*** ità pignus principalem obligationem, ***l. res hypotheca 5. ff. de pignor. & hypoth. Cuiac. ad quæst. Papin. lib.*** 8. Vt enim hypotheca consistere possit, non est necesse, vt sit nata obligatio, pro qua competit, sed sufficit, vt nasci queat, & pro futura obligatione rectè cõstituitur hypotheca, prout ingeniosè scribit ***Merend. Controu. iur. lib. 6. cap. 35. num. 2. 6.***

7 Arguunt secundò, quod duæ fictiones non possunt circà idem concurrere ***l. 1. C de dot. promiss.*** sed si hypotheca promissionis ad tẽpus retrotraheretur, concurrerent prædictæ duæ fictiones, prima nimirũ, quia hypotheca fingeretur inducta à iure dotis fauore, altera nàm retrotraheretur ad tempus promissionis illius, ergò non fit retrotractio hypothecæ ad tempus promissionis.

8 Respondetur multifariam, primò disting. maior. nõ possunt in idem concurrere, si ambæ starent æquè principaliter, & conced. si altera in alterius consequentiam veniret, & neg. vt distinguit ***Alex. in cons. 117. num. 4. vol. 5. Rot. Rom. decis. 319. num. 5. par. 1. decis. 117. par. 4. in nouiss.*** & in casu nostro tacita hypotheca fuit introducta ex eadem legis dispositione consequutiuè ad ipsam promissionem, & vna fictio venit in consequentiam alterius. Secundò respondetur neg. minor. quia nõ est speciale in dote; quod actus retrotrahatur ad tempus promissionis, imò est regulare in quolibet alio creditore, qui debitum recipere tenetur, vt in ***d. l. 1. l. qui balneũ 9. ff. qui potior. in pig. habeant.*** Tertiò respondetur, quod in dote possunt plura specialia concurrere,

O Cret.

Crot. in l. 1. nu. 49 ff. sol. matrim. Merl. de pign. lib. 3. tit. 2. q. 74. sub num. 22.

9 Postrema, veriorque sententia eorum fuit, qui dotis hypothecam à die promissionis ipsius incipere affirmarunt, vt *Iacob. de Aren. Cyn. in l. assiduis, C. qui pot. in pign. Molf. ad consuetud. Neap. part. 6. tit. de iure dot. q. 2. nu. 16.* ità decisum ref. *Franch. decis. 677. sub nu. 6. Pancirol. cons. 180 num. 6. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 7. gl. 2. part. 1. nu. 27. Gamm. decis. lusitan. 355. Merend. controu. iur. d. lib. 6. cap. 35. Reg. Sanfel. d. decis. 9. vol. 1. Capon. in rubric. ff. solut. matr. q. 5. nu. 7. D. Reg. de Marin. quotidian. resolut. lib. 2. cap. 28. nu. 22. Merl. d. lib. 3. tit. 2. q. 74. & D. Franciscus Mar. Prat. pract. obseru. cap. 22. per tot.* Cuius opera tanti viri in enodandis iuribus per spicacitatem propalant, vt non immeritò dixerim cũ germanum ceù Aquilæ filium iurisprudentiæ solem fixis intuitum esse oculis.

10 Et ad hanc veram firmandam sententiam expenditur communiter *tex. in l. 1. ff. qui potior. in pign. habeant*, vbi non tempus initi matrimonij, nec solutionis dotis, sed illud promissionis quoad hypothecam attendi debebit, ibi, *non vtiq; solutionum obseruanda sunt tempora, sed dies contractæ obligationis.*

Nec pro solutione fatearis *tex. in d. l. 1.* de expressa tãtùm hypotheca loqui, nec posse adaptari ad casũ quæstionis nostræ, vbi de tacita sermo est, quia replico idem iudicium taciti, & expressi fore *Vulg. l. cum quid 3. ff. si cert. petat.* & satis supra demonstrauimus non esse discrimen inter alteram, alteramq; hypothecam.

Secundò facit *tex. in d. l. vnic. §. & vt plenius, C. de rei vx. act.* qui loquens de hac tacita hypotheca doti concessa inquit, *siuè detur, siuè promittatur*, ergò illa nedum

dum ex dotis traditione, verum etiam ex dotis promissione competit.

11 Tertiò, nam implementum conditionis casualis, vel mixtæ retrotrahitur ad initium obligationis, perindè acsi à principio principalis obligatio, & hypotheca orta fuisset iuxtà tradita, ***in l. qui balneum 9. l. potior. 11. ff. qui potior. in pign. Anton. Fab. lib. 1. Codic. tit. de Sacrosãct. Eccles. de finit. 19. num. 6.*** sed implementum conditionis, & restituendæ dotis casualis est, cum morte alterius coniugum restitutio cõ-

12 tingat, & mors casus fortuitus est, ***l. fin. in princip. C. de iure dot. cap. quoniã frequenter ex. vt lit. non contestat. Philip. Franc. de disputation. petitorij dub. 3. num. 12*** ergò hypotheca retrotrahitur ad diem promissionis.

13 Dices conditionem hanc potestatiuam fore, cum sit in potestate hypothecantis viri vel non contrahere, vel etiam sequuto matrimonio dotem non recipere, ***l. vir ab eo. 50. ff. de iure dot.***

Respondeo quantum ad matrimonium, quod qui de contrahẽdo matrimonio fidem sibi inuicem dederunt, possunt compelli illi stare, dum quidquid etiam horribile substinendum est pro fide coniugij, ***cap. si vxorem 32. q. 5. cap. dominus 32. q. 7.***

Insuper quantum ad dotem, respondeo, quod maritus debeat recipere dotem, dum honestum est, quod recipiat, id enim dicitur fieri non posse, quod nec honestè, nec cõmodè fieri potest, ***l. nepos Proculo. 125. ff. de verbor. signific.*** & hanc honestatem appellat necessitatem, ***Alberic. in suo diction. in verbo necesse,*** Itàq; ex vi directiua multiplicem ob caussam compellitur vir dotem recipere. Primò nè mulier facto ipsius viri remaneat indotata. Secundò quoniã ex illa dote debet onera matrimonij substinere. Tertiò

quia licèt non receperit, tenetur maritus eandem dotem restituere *d l. vir ab eo, 50. Barbos. d. l. 1. ff. solut. matrim. part. 3. num. 33.*

Rerum Summa.

1 *Sponsa num gaudeat tacita hypotheca ad dotem repetendam?*

2 *Tex. in l. 2. §. si sponsa cũ leg. seq. ff. de priuileg. credit. quomodo ab Authore extendatur ad sponsam, vt ea gaudeat tacita hypotheca?*

3 *Dos sponsæ, & dos vxoris æquiparantur, ac eadem est ratio in vtraq;*

4 *Dos non est, vbi non est matrimonium regula quomodo ab Authore intelligatur, & nouiter distinguatur?*

5 *Tex. in l. 1. §. penult. ff. pro dot. declaratur.*

6 *Hypotheca tacita priuilegiũ exorbitans est à iure communi, nec potest extendi.*

7 *Dos nondum recuperata soluto matrimonio dicitur verè, & propriè dos.*

8 *Dotale prædium dicitur etiã soluto matrimio.*

9 *Soluto matrimonio competũt regulariter actio pro dote, eiusque priuilegia.*

10 *Res, quæ caret effectu, carebit etiam nomine, & num. 11.*

12 *Dos repetita num quid fiat vnicum patrimonium, sicuti hæreditas adita.*

13 *Pater agens ad dotem nũquid hac tacita gaudeat hypotheca?*

14 *Extraneus, qui dotauit an tacitam habeat hypothecam ad recuperandam dotem. vbi nu. 15. Probatur opinio negatiua, & num. 16. reÿciuntur contraria.*

QVÆSTIO SECVNDA.

Vtrum alÿ quam coniugi hypotheca dotalis competat?

TRes sunt difficultates, quę tres ceù formosę Deæ legenti Paridi antestant verum iudicium expectantes,
1 & prima est, numquid sponsa,

sa, quæ nuptijs non subsequutis petit traditæ dotis repetitionem, tacita quoq; gaudeat hypotheca?

Negabant *gl. in l. eos, C. qui potior. in pign. hab. Angel. hic num. 31. Negusan. de pignorib. part. 2. memb. 4. nu. 71. Bald. Nouell. in l. 1. num. 222. ff. sol. matr.* & ibi *Mart. q. 5. n. 20. Surd. cons. 131. n. 27. Gasp. Thesaur. quæst. forens. lib. 2. q. 34 n. 4. & seqq.*

Affirmabant è contrà *altera gl. in l. 2. §. si sponsa. ff. de priuileg. credit. Raman. in l. si extraneus, n. 3. ff. de condict. ob caus. Rol. de lucr. dot. qu. 106. n. 14. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 19. nu. 22. Fontanell. de pact. nuptial. clausul. 7. gl. 2. part. 1. num. 39. Merlin. de pignorib. lib. 3. tit. 2. q. 70. num. 4.* & hanc veram fateor esse.

2 Non alijs suasus medijs, nisi primo *tex. in d. l. 2. §. si sponsa cum leg. seq. ff. de priuileg. credit.* ibi, *si sponsa dedit dotem, & nuptijs renunciatum est, tametsi ipsa dotem condicit, tamen æquum est hanc ad priuilegium admitti, licèt nullum matrimonium contractum est, interest enim* Reipublicæ, *& hanc solidum consequi, vt ætate permittente nubere possit.*

Dices, quod tex. iste loquitur de condictione vel actione personali cum priuilegio prælationis cæteris personalibus, non autem de hypotheca, quæ non fuit eo tempore introducta, sed *Iustiniani* beneficio noviter concessa *d. l. vnic. §. & vt plenius.*

Retorqueo dictum, quia dum eo tempore nō fuit introducta, ideò non fuit concessa, at nouiter introducta hypotheca pro dote vxoris, introducta etiam videtur esse pro dote sponsæ, quotiescunq; enim duo à iure antiquo regulariter equiparātur, tunc ius nouū superueniens, siuè sit exorbitans, siuè sit pœnale disponens in vno, & in altero locum habebit, *l.*

qui

3 *qui seruo. 36. ff. de furt.* Sed dos vxoris, & dos sponsæ sunt à iure antiquo æquiparatæ quoad priuilegia, *d. l. 2. § si sponsa*, ergò *lex vnica, § & vt plenius*, introducens priuilegium tacitę hypothecæ fauore dotis vxoris censetur quoq; introduxisse tacitam hypothecam fauore dotis sponsæ.

Cōfirmatur retorsio, quod iure veteri vxor, sponsaque ęquiparantur, si quidem ex *l. nō fine 5. C. de bonisq; liber. & l. lex Iulia 4. ff. de fund. dotal.* lex Iulia, quę super fundi dotalis cōseruatione promulgata fuit, locum etiam habet antè matrimonium, & in fundo quasi dotali, pariter actio legis Iulię de Adulter. competit quoque sponso, *l. 2. C. ad leg. Iul. de Adulter.*

Secundò facit eadem ratio vrgens in sponsa, quæ vrget in vxore, nimirum dos ipsi sponsæ conseruatur, ut nubat, & liberis Ciuitas repleatur hominibus, *l. 1. ff. solut. matrim.*

4 Sed argues primò, quod eatenus tacita conced. hypotheca, quatenus est dos, & ubi dos non est, nec etiam erit hypotheca, ut in *d. l. vnic. S. & vt plenius*, sed in hoc casu non est dos, ergò nec hypotheca. Minor probatur, si quidem ubi non est matrimonium, ibi non est dos, *l. 3. ff. de iure dot. l. fin. C. de donat. antè nupt.* sed in casu nostro nullum fuit sequutum matrimonium, ergò non est dos.

Respondetur neg. min. arg. & ad probationem disting. maior. ubi non est matrimonium, non est dos, nimirum matrimonium uel de præsenti, uel de præterito, uel pręparatū, & conced. ubi est matrimonium præparatū, & neg. prout in quæst. nostra, ubi cæptum est ex spōsalibus, & quod sufficiant sponsalia præparatoria matrimonij ad priuilegiandam dotem sponsæ nō solum patet ex *d. l. 2. S. si sponsa, ff. de pri-*

priuileg.cred. sed etiam ex *l. dotis fructus*, 8. *ff. de iure dot.* ibi, *si verò antè nuptias percepti fuerint, in dotem conuertuntur*, ex *l. si sponsa* 77. *cit. tit.* ibi, *si sponsa dotem dederit*, ubi similiter dos dicitur etiam antè nuptias, & ideò *tex. in l. 3. ff. cit. tit. de iure dot.* dicit, *vbicunq; igitur matrimonij nomen nõ est, nec dos est*, utitur enim uerbo nomen, quod potest esse de præparatorio quoq; matrimonij

5 Vrgebis secundò ex *tex. in l. 1. §. penult. ff. pro dot.* ubi casus est de sponso, & sponsa, & tamen locum non habet usucapio pro dote, ibi, *cæterum si cesset matrimonium, Cassius ait cessare vsucapionem, quia nulla dos fit.*

Respondetur, quod ibi matrimonium fuit inualidè sciente uiro contractum, & hoc suadetur ex seqq. uerbis, *idem scribit, & si putauit maritus esse sibi matrimonium, cum non esset, vsucapere eum non posse, quia nulla dos fit*, igitur, cum hic agatur de usucapione, ubi bona fides, & iustus titulus requiruntur, §. 1. *sup. de vsucapion.* & hæc ob scientiam uiri, & matrimonij inualiditatem cessare uidentur, meritò nullum matrimonium, nulla dos, nullaq; usucapio pro dote erit.

6 Argues tertiò huiusmodi tacitæ hypothecæ priuilegium iuris communis à regulis exorbitare, tertioque præiudicare, & cadere minimè ad sponsam fore extendendum ex *l. quod verò* 13. *l. singul.* 15 *ff. de legib.*

Respondeo posse extendi ex identitate rationis positę in *d. l. 1. ff. solut. matrim.* imo extensionem factam esse, ex *d. §. & vt plenius* recipiente interpretationem passiuam à *d. l. 2. §. si sponsa, ff. de priuileg. creditor.* dum lex noua interpretans legem antiquam refertur ad omnes casus, ad quos potest lex interpretata extendi, ut in *auth. de fil. antè dotal. instrum. nat.*

tum

tum in princip. tum in §. *fin.*

7 Ex his infertur dotem soluto matrimonio saltem nōdum à uidua recuperatam uerè, & propriè dotem esse, quamuis matrimonium non constet, idq; habito respectu ad matrimonium præteritum, ità in *rubric. ff. sol. matrim. Castr. in princip. Alex. nu.* 24. *Soccin. num.* 10. *Ias. num.* 9. *Coras. nu.* 12. *Soccin. iun. nu.* 55. *Fachin. controu. iur. lib.* 10. *cap.* 27. *Molfes. ad Consf. Neapolit. part.* 6. *tit. de iure dot. q.* 3. *num.* 17. *D. Reg. de Marin. quotid. resolut. lib.* 2. *resolut.* 28. *nu.* 8. dos enim licet sine matrimonio in esse deduci nequeat, tamen si nuptijs celebratis constituta fuerit, conseruabitur in suo esse sublato matrimonio sicuti filius, qui non potest nasci sinè patre, postquam natus est, eodem patre mortuo conseruatur, & in omnibus alijs casibus, in quibus effectus fuit consumatus; etiamsi sublata sit causa, superest tamen adhuc effectus *l. fin. ff. unde lib. l. qui res* 98. §. *aream ff. de solution. l. patre furioso.* 8. *ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. & alij adducti per Tiraquell. tract. cessant. caus. limit.* 12.

8 Probatur primò hæc illatio ex *l. etiam* 12. *ff. de fund. dot.* ubi prædium dicitur etiā dotale dirempto matrimonio; & quamuis ex aduerso mussitent aliqui textum illum uti uerbo intelligitur, quod improprietatem denotat, nihilominus quod significet proprietatem, patet ex *tex. in l.* 1. *ff. de his, quibus ut indignis, l.* 1. *ff. de transact.* in quibus etiam dictio quasi proprietatem denotat, & clarius nonnulla sunt iura, in quibus dos dicitur etiā soluto matrimonio dos, ut in *l. si cum dotem* 23. §. 1. 2. *l. filiæ.* 60. *l. si filia famil.* 61. *l. si marito* 32. §. 1. *ff. solut. matrim. l. Titio centum* 70. §. *Titio genero, ff. de condit. & demonstrat.*

9 Secundò facit, nàm soluto matrimonio competit, & nasci-

nascitur actio de dote, *l. iurisgentium 7. §. quinimmo, vers. vt puta. ff. de pact.* & tunc etiam priuilegia competent, quia dotis contractus constituitur, ut dos efficiatur, & postmodum restituatur; alias absurdum foret, quod dos desinat esse dos soluto matrimonio prius quam restitutioni eius fieret locus.

10 In contrarium obijcies primò cum *Rip. Alciat. & Ruin. in d. rubr. ff. solut. matrim.* quod res, quæ caret effectu, carebit quoq; nomine, *cap. admonere. 33. q. 2.* sed soluto matrimonio dos caret effectu, quia non dicitur deseruire illius oneribus, ergò & nomine dotis carere debebit.

11 Respōdet *Fachin.* disting. maior. & nomine carebit, quando res semper caruit, & caret effectu, conced. quando semel habuit effectum, prout in casu præteriti matrimonij, & neg. insuper mulier potest iterum nubere, & sic dos illa potest iterū matrimonij oneribus deseruire.

12 Argues secundò de hæreditate ad dotem, nàm sicuti hæreditas, quando est adita, non dicitur hæreditas ob id, quod effectum fuit unicum patrimonium *l. 1. §. veteres, ff. de acquir. possess.* ità dos soluto matrimonio, quia cum reliquo uxoris patrimonio fuit unita *leg. in rebus, 30. C. de iure dot.* non debebit amplius dos dici.

Respōdetur diuersitatem esse, nam dos non incorporatur cum reliquo mulieris patrimonio, sicuti hæreditas adita, uerum actione dotis repetenda est, ibi enim fit incorporatio ipso iure, hic autem requiritur factum, & petitio, & absurdum uidetur dicere eam peti actione de dote, & non esse dotem.

13 Secunda difficultas fuit, nunquid hæc eadem tacita hypotheca competat patri ad filiæ dotem agenti?

Mira est diffidentium DD. uarietas, ut refert *Rendin.*

P *recept.*

recept. sentent. tom. 1. tit. de Actionib. num. 25. quorum dixerunt aliqui tunc patrem gaudere hypotheca, quando filiæ nomine agit, puta ut illius legitimus administrator, uel procurator, at si nomine agat proprio, tunc tacita non gaudeat hypotheca, ità *Bart. & Alex. in d. l. post dotem, ff. solut. matrim. Nouell. de dot. part. 12. nu. 7. & Negusant. de pignor. part. 2. membr. 4. nu. 34.*

Alij, quod nunquam in patrem mulieris tacita transeat hypotheca, prout dixit *Bald. in l. 1. nu. 3. C de priuileg. dot.*

Sed melius quidam dixerunt, ut filia in humanis degente memoratum in patrem transeat priuilegium, sed filia defuncta patri haud concedatur ità *gl. magn. hic* & eam sequuntur *Io: Fab. num. 52. Nicol. de Neap. q. 4. Angel. num. 21. Ias. nu. 138.* & receptam fatetur *Ludou. Gomes. nu. 52.*

Et assigno eam rationem, quæ communi traditur calculo, quod ideò patri competet filia uiuente tacitæ hypothecæ priuilegium, quia ipsemet reseruare eandem dotem tenetur filiæ pro secundis nuptijs, ut dixim. sup. *in prælud. de his, qui dotar. tenent.* mortua autem filia, cessat hæc ratio, eiusq; mulieris fauor, & ideò cessare quoq; tacita hypotheca.

Qua ratione adducta non officere possunt, si quæ ex aduerso adducantur, quia procederent, si nullus esset fauor filiæ, at quando matrimonium per obitum uiri dissolutum fuit, & filia superest, cum dos illa pro secundis nuptijs reseruetur, tunc agitur de commodo, & fauore filiæ, & propterea tacita hypotheca debet esse doti etiam à patre petitæ.

14 Tertia, & ultima difficultas est, utrũ extraneus idest ille secundum *Angel.* qui non habet mulierem in potestate, tacitam habeat hypothecam, quandò ex pacto uult

uult.dotem repetere.

Et *Iaſ.in præſenti* §.*nu.36.* ſatis tuetur extraneum habere hanc tacitam hypothecam, & mouetur primò ex eod.tex.noſtro, qui enumerando duo priuilegia actioni ex ſtipulatu pro dote conceſſa, nempè priuilegiũ hypothecæ, & priuilegiũ prælationis, ait poſteà loquens tantum de illo prælationis, *cuius ſolius mulieris prouidẽtia induximus*, ergò vult ſecus eſſe de priuilegio tacitæ hypothecæ, vt non ſoli mulieri, ſed etiam alijs ſit conceſſum.

Secundò mouetur *ex.tex. in l.vnic.*§.*& vt plenius*, C. *de rei vx.act.*ibi, *ſiuè alia pro his perſona*, hinc *Bart.in d.l. poſt dotem*, *ff.ſolut.matr.* tenet, quod priuilegium doti conceſſum trãſeat ad quemcunque etiam ad Diabolum.

Ego tamen contrarium ſentio cum *Angel. hic num.* 14. *Cyn. Salyc. Nicol. de Neap. Angel. Sal. Bald. Nouell. & alijs*, quos adducit *Surd.conſ.*131.*n.*29. *Vrſill. ad Afflict.deciſ.*306.*num.*6. *Neguſ.de pign.par.*2. *memb.* 4.*nu.*67. *Barboſ.in l.*1.*part.* 3.*nu.*30.*ff.ſolut.matr. Molfeſ. ad Conſ.* Neap. *in addit. part.*6.*q.*3. *nu.*12. *Bertazol. clauſul.*29.*gl.*11.*nu.*5. *Paciſic.de Salu.*Interd. *inſpect.*3. *cap.*4. *nu.* 63. *& Mantic. de tacit.& ambig.lib.*11.*tit.*19. *num.*47.

15 Probo primò ex *tex. in* §. *fin.auth.vt i mmob.ãte nupt. donat.* vbi *Imperator* tractat de omnibus priuilegijs doti conceſſis, in quibus eſt tacita hypotheca, & inquit, *alijs enim omnibus huiuſmodi priuilegia nec ex antiquo dedimus, nec adhuc nunc damus*, ergò extraneis ex *d.* §. *fin.* non competit tacita hypotheca.

Secundò quia vbi perſona facit locũ priuilegio, ceſſante perſona ceſſabit etiam priuilegium, *l.*1.§.*permittitur.ff.de aqu.quotid.& æſtiu. cum concordan.* ſed in quæſt. noſtra datur hoc priuilegiũ

mulieribus, vt in §. *quæ igitur verſ. notũ .n. õnib. auth. de priuileg. hęred. mulier. nõ dand.* ergò ceſſante cauſa mulieris, vel ipſa muliere ceſſabit quoq; priuilegium.

Tertiò, & vltimò quia ceſſante ratione legis ceſſat etiam eius diſpoſitio, *l. adigere, 6. § quamuis, ff. de iure patron.* ſed rationes, quibus motus fuit *Imperator in l. aſſiduis, C. qui potior. in pign. habeant.* ad cõcedendã hanc tacitam hypothecam ſunt propter partum, & ſobolis procreationem, quæ ceſſant in extraneis, ergò ceſſabit etiam eius diſpoſitio, & ſic priuilegium.

16 Non obſtat primò *tex. in §. noſtro*, quia negatur, quod hoc priuilegium ſit conceſſum ſoli actioni ex ſtipulatu, dum dicunt aliqui hoc priuilegium mulieri conceſſum eſſe; vel poſito, quod ſit cõceſſum actioni, nõ tamen ſequitur, quod extraneis cõpetere debeat, nã ſuprà probauimus extraneis nõ cõpetere hanc actionem ex ſtipulatu bonæ fidei.

Non obſtat deniq; *tex. in §. & vt plenius*, nam in *ead. l. §. illud procul dubio, iuncto §. primum itaque, & §. cumq;* dicitur actio ex ſtipulatu tranſmitti ſecundum propriam naturam, ſed propria eius natura non admittit tacitam hypothecam, ergò in extraneos non tranſit tacitæ hypothecæ priuilegium.

Rerum Summa.

1 *Hypotheca tacita num competat in bonis mariti minoris?*

2 *Decretum Iudicis non requiritur in hypotheca, quæ neceſſariò contrahitur in bonis minoris.*

3 *Minor non dicitur decipi, quando matrimonium contrahit, & dotem recipit.*

4 *Mulier eſt priuilegiata in ſpecie, & minor in genere, meritò præfertur mulier minori.*

5 *Decretum Iudicis requiri in alia-*

alienatione, et obligatione rerum minoris quomodo limitetur in hypotheca tacita, de qua loquimur?

6 *Tutoris minoris bona non sunt tacitè obligata pro administratione.*

7 *Mulieris minoris bona num tacitè hypothecentur, si ipsa dotem promiserit, vel dederit? Reprobatur distinctio Negusan. nu. 8. et altera verior ostenditur n. 9.*

QVÆSTIO TERTIA.

Num Tacita dotis Hypotheca competat in bonis mariti minoris?

1 DVæ sunt DD. sententiæ, vna docuit non esse bona mariti minoris tacitè obligata, sic primus omnium *Bart. in l. si constante, ff. solut. matrim. num. 74. et seqq. Fulgos. in l. item quia, num. 3. ff. de pact. Salycet. in l. certi iuris, nu. 3. C. de locat. et conduct. Angel. in §. item serviana. col. 2. sup. hoc eod.*

Altera opinio ostendit in bonis viri minoris oriri tacitam hypothecam pro dotis restitutione, ità *Bald. Angel. de Perus. Rom. et Alex. in d. l. si constante*, vbi *Ias. nu. 210.* latè eam probat, cõmunem esse fatetur *Negus. de pign. par. 2. memb. 4. num. 73. Menoch. de adipisc. possess remed. 3. num. 68. Tiraquell. ad leg. Connubial. gl. 8. nu. 185. Ceuall. commun. cõtrà commun. quæst. 132. Gabriel. cons. 29. nu. 38. lib. 2. Pacific. de Salu. interdict. inspect. 3. par. 4. n. 144. Simoncell. de decret. l. 2. tit. 5. insp. 1. nu. 2. Mantic de tacit. et ambig. lib. 11. tit. 21. num. 6. cum seqq. Barbos. d. l. si constante, nu. 119. Gait. de credit. cap. 4. q. 7. num. 514. Fontanell. de pact. nuptial. clausul. 7. gl. 2. part. 1. nu. 49. Merlin. de pignorib. lib. 3. tit. 2. q. 83. num. 9.*

2 Hoc supremum Doctorũ placitum verũ agnosco primò, quia in hypotheca necessaria, & quæ venit in cõsequentiam, non requiritur

tur decretum Iudicis, quia sufficit potestas legis, sic & minor adeundo hæreditatem obligatur *l. cōditionib. 5. ff. de condit. et demonstrat. l. more nostræ* Ciuitatis 8 *ff. de acquir. hæred. l. 2. ff. de reb. eorum, qui sub tutel.*

3 Secundò nam ideò minoribus est interdicta voluntaria alienatio, & bonorum obligatio sinè solemnitatibus, quia ætatis fragilitate facilè decipi possunt secundum *Bald. in l. 2. C. de rescin. vendit.* quæ ratio, & deceptio cessat, quando minor contrahit matrimonium, recipitque dotem, quo casu inducitur de iure tacita hypotheca, cum cōtrahendo matrimonium, & recipiendo dotē faciat illud, quod quilibet diligens paterfamil. faceret, *arg. tex. in l. fin. C. de in integ. restit. minor.*

4 Tertiò quoniam in casu quæstionis nostræ mulier est in specie priuilegiata, quod bona mariti sui sint tacitè hypothecata pro dote *d. l. assiduis, 12. C. qui potior. in pign.* Minor autem est priuilegiatus in genere, quod eius bona non possunt obligari sine authoritate tutoris, & decreto Iudicis, verum non est priuilegiatus in specie in causa dotis, de qua agitur, ergò mulier præfertur minori, ex quo priuilegiatus in specie præferri debet priuilegiato in genere, *Bart. in auth. quas actiones, C. de Sacros. Eccles. Dec. in cap. in præsentia, nu. 172. ex. de probation. Ancharan. in cap. auditis in fin. ex. de restit. in integr. Card. Alban. in addit. ad Bart. in l. verum, §. item quæritur, ff. de minor. num. 1. et alij adducti per Sfort. Odd. de restitut. in integr. par. 1. q. 18. n. 33.* & vide *tex. in d. l. verum. 12. §. fin. & in l. fin. ff. ex quib. caus. maior.*

5 Oppones primò ex *tex. in l. lex quæ tutores, 22. C. de administ. tut. in l. prædia. 8. C. de præd. min. & in l. Titia, 63. ff. de iure dot.* vbi bona minoris non possunt obligari si-

ti sine decreto Iudicis.

Respondeo vt sup. non possūt obligari sine decreto bona minoris principaliter & ex conuentione, conced. accessoriè, & potestate iuris, & neg.

6 Secundò instabis, quod pro administratione tutelæ sunt tutoris bona omnia tacitè obligata, *l. pro officio*, 20. *C. de administr. tutor.* & tamen tutoris minoris bona non sunt tacitè obligata, *l. fin. C. de legit. tutel.* igitur tacita hypotheca non competit in bonis mariti minoris.

Respondetur assignando duas disparitatis rationes, prima est, quia *tex. in d. l. fin.* loquitur de minore faciente actum prohibitum, cum minor prohibitus sit à lege tutelam suscipere, *d. l. fin.* §. *discretis, & habuisti sup. de excusat. tut.* §. *item maior.* & propterea si de facto tutelam susceperit, eius bona nō sunt tacitè obligata; At minor potest matrimoniū contrahere sine Curatore, & absque solemnitatibus, *Gutier. pract. q. q. Canonic. cap.* 20. *nu.* 1. Altera diuersitatis ratio est, quod in *d. l. fin.* minor non facit illud, quod diligens pater famil. faceret, dato, quod posset esse tutor, at in casu nostro facit, quod facere debebat diligens pater famil. vt diximus.

7 Quid autem dicendum sit in muliere minore promittente, vel dante dotem, an scilicet eius bona sint tacitè hypothecata pro dicta promissione, vel datione obseruanda?

8 *Neg. san. de pignorib. part.* 2. *memb.* 4. *n.* 75. distinguere videtur inter stabilia; & mobilia, vt primo casu non contrahatur hypotheca sine solemnitatibus in alienatione rerum stabilium minorū requisitis, altero autem casu contrahatur.

9 At melius dicendum est, quod aut vir dignus est ea dote, & mulier moderatè se gerit, & contrahitur tacita hypo-

hypotheca etiam in bonis stabilibus, cum ea sine Curatore possit mulier minor in dotem dare, aut non est vir dignus, siuè mulier immoderatè se gerit, & tunc ipsamet mulier in integ. restituitur, quià leditur, & ità intelligũtur iura in *l. vnic. C. si aduers. dot. in l. Titia 63. ff. de iure dot. Salyc. Castr. & Anton. de Alex. in d. l. vnic. Hadrian. Negusant. in sua sylu. respons. q. 5. num.* 11. latè *Cyriac. controu. forens. cap. 29. n. 47. Merlin. de pignorib. d. tit. 2. q. 83. nu. 18.*

Rerum Summa.

1 *Interesse dotis, & antephati quãtum sit in Ciuitate Neap?* *D. Consiliarius* Io: *Franciscus* Roccus *laudatur.*

2 *Hypotheca tacita num concedatur pro fructibus, & interesse dotis?*

3 *Fideiussor datus pro sorte nõ videtur esse datus pro vsuris, & quomodo hoc procedat? num. 8.*

4 *Hypotheca tacita non inducitur, nisi in casibus à iure expressis, & vide nu. 9.*

5 *Officium Iudicis competit pro fructibus, & interesse dotis; de veritate tamen vide n. 10.*

6 *Hypotheca tacita iuxtà magis veram sententiam conceditur pro fructibus, & interesse dotis tum in beneficium viri tum queq; vxoris.* *D. Consiliarius Erasmus de Ponte laudatur.*

7 *Creditor potior in sorte, potior quoq; dicitur in vsuris.*

11 *Hypotheca tacita sicuti pro fructibus dotis, ità pro alimentis, quæ maritus tenetur præstare vxori, conceditur.*

12 *Vsuræ dotis longo tempore non exacta num remissa censeantur? & nu. 15.*

13 *Tex. in l. cum quidam 17. §. diuus, ff. de vsuris exponitur.*

14 *Tex. in l. vir vsuras, 55. ff. de donat. inter vir. & vxor. declaratur.*

16 *Alimenta præteriti temporis, & si longo tempore non exacta, peti tamen poterunt.*

17 *Actio omnis 30. annorum spa-*

ſpacio tollitur.

18 *Alimenta à viro vxori præſtita quando cenſeantur præſtita animo repetendi?*

QVÆSTIO QVARTA.

An pro fructibus, & intereſſe dotis tacita concedatur hypotheca?

ET quoniam quæſtionis omiſſis initijs, reique origine non repetita ceù mucoſis naribus, illotiſque manibus ipſius ſubſtantialia perſtringere nimis abſurdũ *Caius* exiſtimauit in *l.1.ff.de origin.iur.* idcircò præſcien-
1 dum eſt, intereſſe dotis exigi ad rationem ducatorum ſex, & duorum tertiorũ pro centenario, intereſſe autem antephati ad rationem ducatorum quinque, & hoc iuxtà formam Neapolitanæ Conſuetudinis ſecundum quam iudicatum fuiſſe in S.C. ref. *Vrſill.ad Afflict.deciſ.291. Grammatic.deciſ.103. Frãch.deciſ.217. in princ. D. Regens Fab.Galeot.controu. lib.2.controu.60.nu.8.* licet quandoque ex cauſa debeatur ad rationem nouem pro centenario ſi ſit dotis, & ducatorum ſex, ſi ſit antephati, vt fuiſſe iudicatum in S.C. refert *D. Io: Franciſcus Rocc.to.2.reſponſ.40.* qui inter eximios cauſarum Patronos primum nemini ſecundus, modò inter S.C.Senatores adſcriptus integritate, & doctrina effectus eſt præſignis.

2 Quibus præpoſitis ad reſponſionem quæſtionis dices prima fronte non dari hanc tacitam hypothecam in fructibus, & intereſſe dotis cum *Bald. Nouell. de dot. par.6.ſpecial.7. D.Arias de Meſ. variar. reſolut. lib. 2. cap.30.nu.18.& Capon.in l. 1.q.3.ff. ſol.matrim.ſub nu. 15.*

3 Quorum præcipua fundamenta ſunt, nam valet argumentum de fideiuſſore ad pignus, vel hypothecam, *l. promiſſor.21.§.cõſtituto.ff.de*

cons tit. pecun. l. 1. §. iubet. ff. de Collation. bonor. & diximus in *§. preciū, sup. de empt.*
4 *& vendition.* sed fideiussor datus pro sorte nō videtur esse datus pro vsuris, *l. quaero 56. in princ. ff. locat. et cond. l. fideiussores magistratuū. 69. §. pro Aurelio, ff. de fideiussor.* ergò hypotheca cōpetēs pro sorte nō cōpetet pro vsuris, fructibus, & interesse.
5 Insuper accedit, ꝙ hypotheca tacita non inducitur, nisi in casibus à iure expſſis, *tot. tit. ff. & C. in quib. caus. pign. vel hypothec. tacit. contrah.* & cum hæc hypotheca non sit introducta à lege, nequibit in fructibus concedi.
6 Postremò quoniam hypotheca non competet, vbi nō erit actio pro dote, cui actioni & hypothecam accedere diximus ex *d. l. vnic. §. et vt plenius. C. de rei vxor. act.* at qui in casu huiusce quæstionis competit officium Iudicis, & non actio pro dote, igitur nec hypotheca tacita.
7 Verum his haud obsistentibus alteram reperio veriorem fore sententiam, quod pro fructibus, & interesse concedatur tacita hypotheca, tàm in beneficium vxoris, quàm etiam viri super bonis promittentis dotem, ità *Negusant. de pign. part. 2. memb 4. n. 37. Cannet. in extrauag. volentes, in quaest. incip. nō erit ociosa quaest. n. 20. Milanens decis. 8. nu. 381. Roderic. de ann. reddit. lib. 3. cap. 7. n. 46. Mastrill. in addit. ad Petr. de Greg. de censib. q. 6. n. 91. Paschal. de virib. patr. potest. par. 2. cap. 7. num. 40. D. Reg. Fab. Galeot. controu. lib. 1. controu. 56. n. 15. D. Reg. de Pont. cons. 77. n. 2. D. Reg. de Marin. resol. quotidian. lib. 2. cap. 166. nu. 24. D. Consiliarius Erasmus de Ponte in suis alleg. pro Illust. Comit. Vgent. adductis ab eod. Reg. de Marin. n. 33.* hic enim *Erasmus* suorum maiorum vestigia sequens, quanta sit erudicione insignitus, in eis ostendit, quantaque prudentia, & integritate

tate præfulgeat, iudicandi munus propalat.

8 Et pro hac sententia facit *vulgat. tex. in l. lucius, 19. ff. qui potior. in pign. habeant.* vbi pignora, quæ sunt obligata pro sorte, sunt etiã pro vsuris obligationi obnoxia.

Nec obijcias cum *D. Arias vbi sup. n. 19.* Eum textum tunc procedere, quando datum est aliquid sub vsuris, & pignora sũt simpliciter obligata, secus uerò, ubi tacita hypotheca datur simpliciter pro sorte principali, prout videtur esse in quæst. nostra.

Quia respondeo obiectionem procedere, vbi sors, & vsuræ, ut duo corpora separata cõsiderarẽtur, uerũ dos, & interesse cõsiderãtur vt vnũ, & idem, nã est Iudicium vniuersale, vt diximus sup. *in prælud.* & accessiones, putà fructus, vsuræ, & interesse veniunt tãquam pars ipsius dotis, ad *tex. in l. item veniunt 27. § fructus, ff. de petition. hæredit. l. 2. C. eod. tit. l. non est. 9. C. famil. ercisc.*

9 Non officit primum argumentum, nàm ideò in iuribus ex aduerso adductis fideiussor videtur datus ad sortem tantum, non autem ad vsuras, quia ibi fideiussores accepti fuere expressa certa quantitate cum dictione taxatiua tantum putà pro centum tantum, at secus vbi simpliciter fideiusserunt.

10 Alterum argumentum nec etiam obstat, quia quod sit casus expressus, patet, nam est expressus in dote, ergò & in parte dotis, cum idem sit ius totius, & partis, *l. quæ de tota 75. ff. de rei vindicat.* & fructus iam diximus esse partem dotis.

11 Postremum neque obstat, quia in dote tamquam iudicio vniuersali fructus, & interesse veniunt iure actionis, *d. l. item veniunt. § fructus*, vel dato quod competeret officium Iudicis etiam nobile, illud tamen daretur in locũ deficiẽtis actionis, & sic instar actionis haberetur, *l. actionis verbo. 37. ff. de Action.*

tion. et obligation. l. quod si minor. 25. §. fin. ff. de minorib. cap. 1. ex. de effic. Iudici.

Firmum igitur sit cõmune illud scribentium placitum, quod sicuti pro dote competit tacita hypotheca, ità quoq; pro fructibus, &

12 vsuris eiusdem dotis, imò ampliatur, vt etiam pro alimentis, quæ tenetur maritus præstare vxori, dum matrimonium constat ex *l. 2. ff. de aliment. et cibar. legat. Mynsing. obseru. centur. 1. obseruat. 64. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 49. Affl. decis. 10 n. 3. Franch. decis. 613. n. 15. Ricc. collect. 2958.*

13 At hæsitabis, numquid vsurę dotis longo tempore nõ exactę censeantur remissæ?

Dicebant aliqui remissas censeri, vt *Alciat. de præsumption. regul. 1. præsumpt. 32. n. 6 Osasc. decis. 132. Anton. Fab lib. 5. Codic. tit. 7. de iure dot. de finit. 55. Tiraquell. de præscription. §. 1. gl. 4. n. 23. Viu. decis. 423. n. 16. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 25. n. 2. Fontanell. de pact. nuptial. to. 2. clausul. 6 gl. 2. part. 6. nu. 78. Capon. in d. rubric. ff. solut. matrim. q. 5. n. 52.*

14 Mouebantur primò ex *l. cum quidam. 17. §. diuus ff. de vsuris*, ibi, *parum iustè præteritas vsuras petis, quas omisisse te longi tẽporis internallum indicat, qui eas à debitore tuo, vt gratior apud eum videlicet esses, petendas non putasti.*

Sed pro solutione dicas, quod patebat animus creditoris, qui erat nolle petere vsuras, vt gratior fieret debitori, quæ voluntas si in viro arguatur, remissas esse vsuras profectò affirmo, sed quæstio nostra est in dubio.

15 Secũdò afferebãt *tex. in l. vir vsuras. 55. ff. de don. inter vir. et vxor.* vbi expressè habetur, quod nisi maritus longo tempore vsuras petierit, censetur eas remisisse, ibi *legato quidem dotis vsuras non contineri videbatur, sed titulo donationis remissas.*

Ve-

Verum pro responsione dicendum est, quod in illa facti specie multa concurrerunt, si quidem alimenta per virum præstita fuere toto tempore, quo matrimonium durauit, dos fuit prælegata, & fideicommissi verbis donationes cõfirmatæ, ex quibus apparebat expressa voluntas mariti voluisse donare, alias si consequendi, vel repetendi animum habuisset, non hæc gessisset.

16 Alij ex contrario affirmabant, & melius non videri vsuras remissas, *Dec. cons.* 571.*n.*4. *Ias. in l. qua dotis, nu.*19 *ff. solut. matrim. Corn. cons. vltim. vol.* 2. *Balb. de præscriptionb. par.* 1. *partis tertiæ principalis, q.*10.*nu.*4. *Grammatic. decis.*70.

17 Quam sententiam probo primò ex *l. libertis.* 18. §.1. *ff. de alim.* & *cibar. legat.* vbi alimenta præteriti temporis, licet longo tempore petita nõ sint à libertis, tamen posteà peti poterunt, ibi, *nil proponi, cur non possent*, sed vsuræ prædictæ dantur pro alimentis, & oneribus matrimonij, *d. l. pro onerib.* 19. *C. de iure dot.* ergò possunt peti, licet exactę longo tempore non sint.

18 Secundò probo, nam omnis actio non minori spacio, quam annorum 30. regulariter tollitur, *l. sicut.* 3. *C. de præscrip.* 30. *vel* 40. *ãnor.* ergò nec ista pro vsuris.

19 Tertiò ex *tex. in l. quod in vxorem.* 13. *C. de negot. gest.* vbi in tantum alimenta præstita à viro vxori censentur donata, & non præstita animo repetendi, in quantum infirmæ vxori exhibita fuerunt, ergò si vxori sanæ à contrario sensu censentur præstita animo repetendi.

Rerum Summa.

1 *Regula patitur suas exceptiones, & ità fallit reg. qui prior tempore, potior iure fauore dotis.*

2 *Mulier pfertur creditoribus ãterioribus viri propter par*

tus

tus periculum, & liberorum procreationem.

3 *Priuilegia doti concessa sunt infinita.*

PARS TERTIA.

De Priuilegio Prælationis Mulieris.

1 QVod regulariter fit, plerumque exceptiones habet, vt ex *l.regula.9.ff. de iur. & facti ignorant. l. regulariter. 9.ff. de petit. hæredit. cap. quoniam frequenter. ex. vt lite non contestat.* Dec. *in l.1.sub nu.14.ff.de regul.iur.* qualis regula illa, qui prior est tempore, potior est iure posita in *cap.si pro te.ex.de rescript. cap. tibi, qui gratiam. ex.cit. tit in 6. Henric. Rossunich.in regul.prior. inter regul. iur. diuers.* limitatur fauore dotis in præsenti contextu, ex cuius tertia parte desumitur,

2 quod non solum mulier habet in bonis mariti tacitam hypothecam, verum etiam priuilegiũ prælationis, quod nimirum præfertur omnibus alijs creditoribus mariti etiã anteriora iura habentibus, & habetur quoq; in *l. assiduis. 12. C. qui potior. in pignor. habeant.* ex quo tex. depromitur etiam ratio huiusce priuilegij, v3. fauor, & cõmiseratio mulierum, ac liberorum procreatio, ibi, *quis enim earum non miseretur propter obsequia, quæ maritis præstant, propter partus periculum, & ipsam liberorum procreationem; pro quibus multa legibus nostris inuenta sunt remedia.*

3 Infertur ex proximè habitis mulierem, eiusq; dotem multis priuilegijs potiri, quæ recensere laboriosum existimauit *gl.in l.1.ff.solut. matr.* sed ea cumulare nõ fuit perteritus *Io: Baptist.à S.Blasio in tract. de priuileg. dotalib.* vbi 354.priuilegia posuit, & *Bald. Nouell. recensuit* 80. *priuilegia dotis antè matrimonium, 48.constante matrimonio, & 19. matrimonio solu-*

soluto, ipse verò ex tot tantisque recensebo aliqua vtiliora.

Rerum Summa.

1 *Dotis quantitas remitti potest arbitrio contrahentis.*

2 *Dos incerta si sit promissa à patre, valet promissio, at si ab ipsa muliere, non valet, & ratio diuersitatis ponitur num.3.*

4 *Pater stipulando sibi, aut filiæ censetur apposuisse pactum non solum solutioni, sed etiam obligationi.*

5 *Stipulatio dotis in dubio videtur facta potius nomine mulieris, quam stipulatoris.*

6 *Stipulatio dotem reddi impersonaliter facta intelligitur facta nomine mulieris.*

7 *Mulier fideiubens fauore dotis amittit beneficium Senatusconsulti Velleiani, sicuti & filiusf. amittit exceptionē* S.C.*Macedoniani.*

8 *Legatum dotis non diminuitur per clausulam diminutiuam legatorum in codicillis appositam.*

9 *Fideiussor non potest dari pro dotis conseruatione, vel restitutione.*

10 *Pignus potest dari pro dotis securitate, & de vera rationis disparitate inter ipsum pignus, & fideiussorem, n.11.*

12 *Maritus etiam volens non potest dare fideiussorem pro dote restituenda.*

13 *Fideiussor dotis potest dari soluto matrimonio.*

14 *Correus pro dotis securitate potest obligari principaliter vnà cum marito.*

15 *Dotis cautionem potest mulier à viro petere inope, cum quo scienter contraxerit.*

16 *Fideiussor pro dote soluenda potest dari.*

17 *Dotis causa possunt bona fide commisso subiecta alienari, vel obligari.*

18 *Auth. res quæ. C. commun. deleg. num locum habeat, vbi testator expresse bonorum alienationem prohibuit? & quæ sit vera opinio. nu.25.*

19 *Auth. res quæ ratio an sit fundata in defectu voluntatis,*

tis, an verò potestatis testatoris?

20 *Testator numquid possit tacitè, vel expresè auth. res quæ. C. comm. delegat. derogare?*

21 *Testator qua ratione non censetur tacitè bona fideicommisso supposuisse fauore dotis, nec etiam potest expresè.*

22 *Legitima non potest tacitè, vel expresè per fideicommissum prohiberi.*

23 *Filia & si prohibita sit fideicommissum alienare extrà familiam, potest tamen alienare in extraneum pro se dotanda.*

24 *Derogatio generalis non sufficit in priuilegijs dotalibus.*

QVÆSTIO PRIMA.

De Priuilegijs dotis antè matrimonium.

HEliotropium quotidiano obseruamus experimento abeuntem sẽper intueri solem, cunctisq; horis verti cum eo, & talis est noster Commẽtarius ad dotem, eiusque priuilegia,
1 primum quorum antè nuptias est, vt eiusdem dotis quantitas valeat alterius ex contrahentibus arbitrio remitti, modo ad arbitrium boni viri id reducatur, ità *gl. in l. 1. ff. solut. matr. Hyppol. in rubr. C. de probation. num. 481. Soccin. in l. si quis arbitratu. ff. de verb. oblig.* refert *Brunor. à sol. in Compend. propositiõ. iur. in verbo dotis incertitudo.*

Et hoc priuilegium videtur desumi ex *l. cum post. 70. §. gener. ff. de iur. dot.* ibi, *gener à socero dotem arbitratu soceri certo die dari non demonstrata re, vel quantitate stipulatus fuerat, arbitrio quoque detracto stipulationem valere placuit.*

Verùm quia contradicere videtur Imperatoris Alexandri constitutio in *l. 1. C. de dot. promiss.* quod scilicet non valeat huiusmodi promissio, ibi, *frustrà existimas actio-*

actionem tibi competere, quasi promissa dos tibi nec praestita sit, cum neque species ulla, neque quantitas promissa sit. sed hactenus nuptiali instrumento adscriptum, quod ea, qua nubebat, dotem dare promiserit.

2 Idcircò pro conciliatione dictorum iuriũ distinguẽdũ est, quod aut pater dotem dare promittit, & tunc valet promissio, licet incerta sit, atq; alterius in arbitriũ collata, vt ***in d. l. cum post. 70 §. gener,*** aut ipsa mulier taliter dotem promittit, & propter incertitudinem viciatur ad ***tex. in d. l. 1. C. de dot. promiss.*** ità ***Duaren. anniuersar. disputat. lib. 1. cap. 56. Connan. lib. 8. cap. 8. Fachin. controu. iur. lib. 8. cap. 75.***

3 Diuersitatis ratio optima affertur, & si aliquid in contrarium absque meritò dicat ***Anton. Fab. in*** Codic. ***lib. 5. tit. 6. de dot. promiss. de finit. 2.*** nam filiæ debetur dos à patre, tamquam ęs alienũ, ***d. l. quilibet os. 19. ff. de rit. nupt. d. l. fin. C. de dot. promiss.*** & clarum est, quantum habeat pater filiæ dare pro dote, cuius constitutio fiet pro modo facultatum suarũ, & mariti dignitate vt alibi diximus. Itàq; dos taxanda etiam erit, vt cum eius filijs potuisset sibi alimenta præstare, & onera matrimonij substinere. ***Menoch. cõs. 251. nu. 8. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 2. n. 41. Mastrill. decis. 242. n. 20.*** hoc enim bonus arbitrabitur uir, quod si in taxatione aderat excessus, poterit ad Iudicem recurri, ***Bart. & Alciat. in l. 1. ff. de leg. 2. Affl. decis. 371. Mastrill. loc. cit. nu. 71.*** At quando mulier dotem promittit, nulla dos est certa, cum sit eius in arbitrio modò uniuersam rem suam, nunc nullam dotem dare, sicque est totalis incertitudo ex parte mulieris, ubi tamen dotis per patrem promissæ incertitudo ex his posteà quæ ius, & bonus taxabit arbitrator certificando ueniet.

4 Secũdum priuilegium doti concessum antè nuptias initas materiam concernit stipulationis, itàq; licet regula sit, quod pater stipulando sibi, uel filiæ, personam eiusdem filiæ solutioni, & non obligationi apposuisse uideatur, ut nimirum ei, tanquam personæ adiectæ solutio fieri ualeat, non autem, quod obligatio teneat fauore filiæ, ad *tex. in l. Stichum. 95. §. quæsitum. ff. de solutionib.* tamen fauore dotis uidetur filiæ personam adiecisse non solum solutioni, sed etiam obligationi, *Bald. Nouell. part. 6. priuileg. 3.*

Similiter fauore dotis fingitur, uel præsumitur stipulatio, idest fingitur in casu, quo certum est stipulationem non interuenisse, præsumitur uerò quando dubiũ est, an interuenisset, uel non, ut sup. diximus.

5 Pariter & si actus stipulandi uideatur in dubio potius esse factus nomine ipsius stipulatoris, quam alieno, *l. stipulatio ista. 38. §. si quis ita, l. si ità stipulatus. 126. §. Chrisogonus. ff. de verb. obligat.* nihilominus fauore dotis uidetur quis magis mulieri, quam sibi stipulatus fuisse, ut ex *tex. d. §. Chrisogonus. Bart. d. l. Caius ff. sol. matr. Bald. Nouell. priuileg. 31. par. 6.* cum in dote mulieri absenti ex contractu inter alios inito actio quæratur, *Bart. consf. 123. Castr. consil. 92. lib. 1. Tiraquell. in l. si vmquam, C. de reuoc. donation. in verbo donatione largitus, nu. 65. Merlin. de pignorib. cap. 61. n. 2. Consil. Rocc. responsf. 43. num. 25. tom. 2.*

6 Item si quis stipulatus esset dotem reddi impersonaliter, idest non expressisset sibi, uel alteri, stipulatio intelligitur facta fauore mulieris, *l. post dotem.* 41. secundum tertiam lecturam, *ff. solut. matrim.*

7 Tertium priuilegium est, quod & si mulier pro alijs interce-

tercedens beneficiũ habeat S.C Velleiani, *tot tit. ff. & C. ad S. C. Velleian.* & filiusfam. mutuum recipiens beneficium habeat S. C. Macedoniani, *l. 1. ff. ad S. C. Maced. Sfort. Odd. tract. de restit. in integ. q. 17. n. 103.* & de vtroq; loquitur *Carol. de Graff. except. 27.* tamen mulier fideiubens pro dote non iuuatur beneficio S. C. Velleiani *l. fin. C. ad S. C. Velleian.* & quando fuit factum mutuum filiofam. vt illud conuertatur in dotes dandas filiabus, vel fororibus eiusdem filijfam. cessabit etiam S.C. Macedoniani exceptio *l. sed Iulianus. 9. §. sed & si filiusf. ff. ad S. C. Macedonian.*

8 Quartum priuilegium erit, quod si inter alia dotis legatum relictum fuisset in testamento, & in Codicillis postmodum clausula sit apposita diminutiua legatorũ factorũ in testamẽto, talis diminutio non refertur ad legatum dotis, *arg. tex. in l. libertis. 18. §. posthumis. ff. de aliment. & cibar. legat.* qui tex. & si de alimẽtis loquatur, ad dotem tamen poterit extendi, ex eo quia concessa alimentis videntur etiam doti concessa fuisse, *Bart. in l. cum de in rem verso. ff. de vsuris.*

9 Vltimum est, quod quamuis regulariter possit fideiussor pro quolibet obligato intercedere, ut diximus sup. de fideiussor tamẽn dotis priuilegium est, ut pro eius conseruatione, uel restitutione nequeat uxor à marito fideiussores petere, & si ij dati fuerint, nulla erit eorum obligatio, & ratio est, nè inter coniuges perfidiæ, & discordiæ oriatur occasio, ut patet ex *l. 1. 2. C. ne fideiss. dot. dent.* ibi, *si enim credendam mulier se se, suamque dotem parti mariti existimauit, quarè fideiussor exigitur, vt causa perfidiæ in connubio eius generetur?* Concordant etiam iura *in l. hac lege. 8. C. de pact. conuent. & in cap. per vestras. ex. de donat. inter*

vir. & uxor. atque ità hanc rem intelligunt *Roman. in l. si constante. nu.* 18. *ff. solut. matrim. Couarruu. in cap. quamuis pactum. de pact. in 6. par. 2. § 2. num. 9. Guttierez. de Contract. iurat. cap. 21. n. 2. in fin. par. 1. Anton. Hering. tract. de fideiussor. cap. 6. n. 146. & seqq. Barbos. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. n. 39. ff. solut. matrim. Arism. Tepat. vtor. iur. sentent. tom. 2. tit. 455. per tot. Merend. controu. iur. lib. 6. cap. 12.*

10 Obstabis, quod fideiussio pignoris dationi par, similisque uidetur esse, *l. promissor. 21. §. fin. ff. de Constit. pec.* & diximus sup. sed potest uxor pro dotis securitate pignus a uiro exigere, *l. res hypothecæ. 5. ff. de pignorib. l. quod autē. 8. §. si uxor. ff. de donation. inter vir. & uxor.* ergò & fideiussorem.

Respondet primò *Gabriel Mudæus de pignorib. cap. de pact. leg. commiss. n* 24. quod dum mulier petit, ut maritus obliget bona sua, id ipsum petit, quod lex ei concedit, ꝙ non est in fideiussore. At corruit hæc prior responsio, nam obligatio bonorum est introducta nouo Iustiniani iure, ut toties diximus ex *d. l. unic. §. & ut plenius. C. de rei ux. action.* & non potest aptari ad leges in oppositione adductas antè Iustiniani tempora promulgatas.

Respondet secundò *Merend. ubi sup.* nec etiam hodie posse mulierem à uiro pignus exigere, si quidem ueteres leges in *d. l. 5. & l. 8. §. quod autem* correctæ uidentur esse ex *d. l. 1. 2. Cod. nè fideiuss. dot. dent.* & ex ratione euitandæ perfidiæ ibi adducta, cum mulier poscēdo pignora occasionem perfidiæ quoq; præberet, sicuti si peteret fideiussores. Sed hæc responsio nec etiā subsistit, cum non appareat de expressa illorum iurium correctione, quæ semper est euitanda, & vltrà infrà dicenda maritus per fideiusso-

rem

rem petitum contumelia afficeretur *l. testamento 17. in fin. ff. de testam. tutel.* quæ cõtumelia cessat in exigendo pignore, & quod in pignore cessat ratio perfidiæ patet, & ideò.

11 Respondet tertiò, & melius *Cuiac. in recitationib. ad dict. titul.* C. *nè fideiuss. dot. dent.* & sequitur *Fachin. d. lib. 8. cap. 76.* eam fore germanam disparitatis rationem inter pignus, & fideiussorem, quando quidem dato pignore dos ponitur tantum in tuto, nec alterius personæ, quam ipsius mariti fidei dotis assecuratio committitur, at quando exigitur fideiussor, tunc vltrà mariti personam, alterius debitoris fides quæritur, nec fideiussio extinguit principalẽ obligationẽ §. 1. *vbi scribentes sup. de fideiussor.* & ecce quod ratio perfidiæ generatur, cũ in pignore maritus sit sufficiẽs, in fideiussore uerò parum fidelis.

12 Ampliatur, vt nec etiam maritus volens fideiussorem dare possit pro dote restituẽda *Cuiac. & Fachin. vbi sup. Merẽd. d. lib. 8. cap. 13. n. 18.* qui mouetur, quod si in hoc casu fideiussor obligaretur, aperta esset via leges fraudandi, contrà *tex. in l. pacta quę Contra. 6. C. de pactis.*

13 Limitatur primò, si fideiussor daretur soluto matrimonio, tunc, quia ratio perfidiæ cessat, valebit fideiussoris datio, *d. l. si constante. 25. §. quoties. ff. solut. matrim. l. exceptiones. 7. ff. de except. d. l. vnic. §. cum autem.* C. *de rei vx. act. Bald. Nouell. d. part. 6 priuil. 21.*

14 Secundò limitatur, quando quis principaliter se vnà cum viro tamquam correus obligat ad dotis restitutionem, *Bart. in §. quoq; auth. de nupt. in l. 3. C. de dot. caut. non numerat, Petrus de Rauenn. in singul. 606. Bald. Nouell. d. priuileg. 21. Tepat. vbi sup.* alios ref. *Guttier. de cõtract. iur. d. p. 1. cap. 21. n. 19. Barbos. d. l. si cum dotem. §. transf-*

*§.transgrediamur.n.38.39. Hering. de fideiussor. cap. 6. nu.*191.& si hæc opinio absque subsistentia placere parum videatur *Merend. vbi sup.nu.*21.*& seqq.*

15 Tertiò fallit, quando mulier prudens scienter contraxisset matrimonium cum viro inope, nã eo casu, quia constante matrimonio non datur repetitio dotis, poterit mulier à viro cautionem de dote tum conseruanda, tum quoq; restituenda exigere, *Andr.Gayll.practic.lib.2.obseru.84.n.9.Tepat.loc.cit.*

16 Quartò, & vltimò limitatur, quod licet pro dote restituenda non possint dari fideiussores, tamen pro dote soluenda possunt dari, *Guid. Pap. singul.* 485. *ex Bart d.§.quoq;*

17 Vltimum priuilegium, quod cõpetit doti antè matrimonium omissis alijs, de quib. *Bald.Nouell. d.part.6.* est, q bona subiecta fideicõmisso possunt causa dotis cõstituendæ, vel restituẽdæ, siuè causa donationis ꝓpter nuptias alienari *l.mulier 22.§.cum proponeretur.ff.ad.S.C.Trebell. §. quãobrem. auth. de restit. & ea quæ parit autho.res qua. C.commun. deleg. Scribentes in l.filiusfamil.§. diui.ff. delegat. 2. & alij de quib.Sfort.Old.de fideicommiss.q.37.* Et ratio est, quia sub prohibitione alienationis, & fideicommissi vinculo non continetur ęs alienum, illud enim antè omnia deducitur, cum verisimile sit testatorem ità dispositurum fore, si interrogatus fuisset, *l.peto.71.§.prædiũ.* vbi *Bart. & alij ff.delegat. 2 l.alienationes.13.ff. famil.ercisc. & cap.1. in princip.qualit.olim feud.amitt. in vsib.feud.* sed dos filiarum, & neptium testatoris, nec non donatio propter nuptias, quam pater tenetur constituere filijs, vel filiabus nubere volentibus loco æris alieni habetur non minus, ac legitima, *Bart.in l.2.§.si sponsus.ff. de priuileg. credit. Alex.in l. à filia nu.3. ff.ad*

ff. ad S.C. Trebbell. Coras. d. l. qui liberos. n. 195. ff. de rit. nupt. ergò dos ex fideicommisso deducitur.

18 Ex quo priuilegio infertur ad quæstionem illam, numquid *Auth. res quæ. C. commun. deleg.* locum habeat, ubi testator expressè bonorum alienationem prohibuit, ac ea non obstante prohibitione valeant bona fideicōmisso subiecta alienari?

Pro negatiua stringebat primò, quia ratio *dict. auth. res quæ* fundata esse videtur non in defectu potestatis testatoris, sed voluntatis, quia præsumitur testator noluisse prohibere alienationem, sed potius dotari filias, & restitutioni obnoxiū fore, quod superesset, vt ex *d. l. mulier. 22. §. cum proponere ur. ff. ad S. C. Trebbell.* sed hæc ratio voluntatis cessat, quando ipse testator expressè alienationē prohibuit. ergò *auth. res quę* non procedit, vbi testator expressè alienationem prohibet. Cui argumēto responderi potest cū scribentibus in *d. l. filius ff. §. diui. deleg. primo* authenticā res quæ potius fundatam esse in obligatione testatoris, & cōsequēter in defectu potestatis illius, quam in eius volūtate, & sequitur *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 189. post Castr cons. 80. col. 2. lib. 1. & Barbat. in rubric. de reb. alien. non alienand. col. 12.*

19 Secundò, quia in hac materia non est par virtus taciti, & expressi, si quidem in prohibitione tacita tenet alienatio uiuente alienante *l. fin. §. penult. C. comm. deleg.* in expressa uerò statim sequuta alienatione dominiū transit in substitutum, *Glos. in l. pater. §. duobus. ff. de legat. 3. Alex. cons. 23. nu. 12. vol. 1.* ergò non possumus arguere à dicta *auth. res quæ*, ubi agitur de tacita prohibitione ad casum nostrum, ubi agitur de expressa. Sed respondetur, quod nec etiam expres-

expressè testator id potest facere, dum dispositio dictæ *auth.* fauore publico munita est, ut ibid. probatur, at qui non potest testator huic publico fauori renunciare, uel derogare, ità ex *tex. in l. quod de bonis.* 15. *§ fin. ff. ad leg. falcid.* *Ias. in d. auth. & Rot. Roman. in nouissim. part.* 2. *decis* 49. ergò.

Et hanc opinionem neg. tenent, *Bald. in l. nulla. C. de iure dot.* plenè *Alciat. d. §. diui. nu.* 27. *Guid. Pap. cons.* 14. *n.* 9. *Marzar. de fideicõm. q.* 48. *Riminald. Iun. cons.* 23. *n.* 235. *vol.* 1. *Ruin. cons.* 225. *num.* 12. *vol.* 2. *& Federic. Scot. cons.* 17. *nu.* 6. *lib.* 1.

20 Verũ affirmatiua sententia substinetur primò, quia ubi ead. ratio militat, eadem quoque uirtus est taciti, & expressi, *l. cum ex filio.* 39. *§. filio. ff. de vulg.* sed hic militat ead. ratio, de qua in *d. §. cum proponeretur, & in ead. auth. res quæ*, ergò & eadem iuris dispositio. Minor probatur nam ratio dictę *auth.* est, quod si testator cogitasset hunc casum necessarium dotationis filiæ, non fecisset fideicommissum, nisi de residuo, sed hæc ratio militat etiam, quando expressè alienationem prohibuit, ergò militat eadem ratio. Sed responderi potest neg. min. secundi argumenti, dum uotum parentis locum habet in dubio, ex quo in obscuris fit locus præsumptionibus, & coniecturis, secus autem quando sumus in claris, prout in casu nostro, ubi testator expressè etiã ex causa dotis alienationem prohibuit, & sic cessat prę sumpta uoluntas defuncti & eadem ratio, de qua in *d. §. cum proponeretur.*

21 Secundò faciebat, quod sicuti legitima non potest tacitè per fideicommissum in casum mortis prohiberi, *l. cohæredi.* 41. *§. cum filiæ. ff. de vulg. l. omnimodò* 30. *C. de inoff. testam.* ità nec per expressam prohibitionem, *l. Titio centum.* 70. *§. Titio*

gene-

genero. ff. de Condit. & demonstrat. sed dos succedit in locum legitimæ, *l. quoniam. 29. C. cit. tit. de inoff. testam.* ergò ità etiam dos nec tacitè, nec expresſè poteſt prohiberi. Reſpondeo concedẽdo id verum eſſe in legitima, cum prohibita expreſsè alienatione, non cenſeatur prohibita illa, quæ ex cauſa fit neceſſaria, *d. l. alienationes. 13. ff. famil. ercisc. l. 1. in fin. ff. de fũd. dotal.* queadmodũ alienatio pro legitima, vt de communi teſtantur *Craſſus recept. ſentent. §. legitima q. 38. n. 16. Sfort. Odd. de fideicomm. q. 34. in princip.* At non eſt verum argumentum in dote, niſi quatenus in legitima tantum conſiſtat.

22 Tertiò adducebant *tex. in l. voluntas. 4. C. de fideicõm.* vbi probant *Iacob. de Aren. & Bald.* quod ſi filia ſit prohibita alienare extrà familiam, poterit tamen alienare in extraneum pro ſeipſa dotanda. Sed reſpondeo procedere argumentum, vbi non eſt expreſsè facta prohibitio etiam in cauſam dotis.

23 Quarto, & vltimò nam in priuilegijs dotalibus requiritur ſpecialis derogatio, nõ autem ſufficit generalis, *Iaſ. in ſapecit. auth. res quæ n. 21.* ſed iã diximus in propoſita facti ſpecie derogationẽ factã fuiſſe ſpecialiter. Quarè

24 Pro vera ſententia dico, quod ſi dos in locum legitimæ ſubrogetur, quia fortaſſis nulla à patre legitima filiæ fuit aſſignata, vel relicta, & tũc poſſunt alienari bona pro dote, aut fuit filiæ à patre relicta legitima, & tunc pro dotis conſtitutione vltrà legitimam nequeunt bona fideicõmiſſaria alienari, nec locum habet *d. auth. ità ex traditis per Menoch. d. præſumpt. 189* colligitur.

Rerum Summa.

1 *Dos confiſcatis bonis viri non publicatur.*

2 *Aſſecuratio dotis poteſt fieri etiam constante matrimonio,*

quando maritus ad inopiam vergit.

3 *Dotis assecuratio fuit introducta, ut ex fructibus eius mulier alat se, & familiam.*

4 *Mulier quæ petijt assecurationem, & parū apta sit quomodo assecuretur?*

5 *Assecuratio dotis non tollit dominium marito, sed tantum administrationem, nec dicitur vera restitutio.*

6 *Assecurationi, ut sit locus, quid seruari debeat?*

7 *Inopia viri in assecurationis iudicio qualiter probetur?*

8 *Assecuratio nedum dotis causa, sed etiam donationis propter nuptias permittitur.*

9 *Inopia viri cessante non debent viro bona illa restitui, super quibus fuit mulier assecurata.*

10 *Dotis assecuratio est facienda etiam si vellet maritus de dote conseruanda cauere.*

11 *Assecuratio non solum contra maritum, sed etiam contra socerum locum habet.*

12 *Assecuratione pēdente venditio rerum in iudicio ad instantiam creditorum deductarum impeditur etiam nōdum probata viri inopia.*

13 *Assecuratio fiet in alia re, si prior fuerit euicta.*

14 *Ius offerendi creditoribus non competit, ubi fit assecuratio pro dotibus ob inopiam viri.*

15 *Sententia assecurationis est exequutioni mandanda non obstante appellatione.*

16 *Assecuratio, quando debeat fieri citatis mariti creditoribus?*

17 *Dotis assecuratio cessat, quādo mulier sciens cū viro inope contraxit.*

18 *Mulier in iudicio assecurationis non præfertur creditoribus habentibus hypothecam expressam anteriorem.*

19 *Assecuratio non potest peti absque instrumento dotali.*

20 *Mulier soluens dotem viro filiofam. iussu patris, præsumitur utriusq; contemplatione soluisse.*

21 *Alienatio fundi dotalis prohibetur hodie etiam consentien-*

tiente uxore.

22 *Obligatio fundi dotalis nequit ab utroq; coniuge fieri.*

23 *Maritus, qui alienauit fundum dotalem potest contrà propriam alienationem venire.*

24 *Maritus, vel uxor contrauenientes alienationi non tenentur de euictione.*

25 *Dos data æstimata potest alienari, si æstimatio inducat contractum emptionis, & vēditionis.*

26 *Dos assignata pro certa quantitate habetur pro æstimata virtualiter.*

27 *Res data in dotem æstimata remanet dotalis discussione facta bonorum viri; & sic in subsidium.*

28 *Res data in dotem facta æstimatione ex interuallo non facit emptionem.*

29 *Alienatio fundi dotalis valet, quando mulier consentit animo decipiendi.*

30 *Alienatio fundi dotalis valet, si resultet in euidentem utilitatem mulieris.*

31 *Alienatio fundi dotalis valida est, si fiat causa necessitatis.*

32 *Mulier quando possit res dotales alienare attento iure consuetudinario Neapolis?*

33 *Alienatio fundi dotalis an iuramento firmetur? & n. 39.*

34 *Iuramentum nequit tollere leges, quæ propter publicum introducta fuerunt commodum.*

35 *Dotis causa numquid respiciat publicam utilitatem principaliter, an verò secundario?*

36 *Contractus irritus firmatur iuramento etiam de iure ciuili.*

37 *Contractus non firmatur iuramento, sed metu periurij statur ei secundum opinionem Merendæ, quæ reprobatur.*

38 *Iuramentum est quid personale, et ideò iurantis personam non egreditur.*

40 *Authoris intellectus ad tex. in cap. quamuis pactum de pactis in 6.*

41 *Tex. in l. 1. C. si aduers. vendit. explicatur.*

42 *Iuramentum appositum con-*

contractui nullo potest cogi is, cui fuit iuratum relaxare.

QVÆSTIO SECVNDA.

De Priuilegijs dotis constante matrimonio.

1 PRimum est, quod confiscatione sequuta bona etiam, quæ restitutioni subiacent, publicantur, & si fiscus post mortẽ delinquentis ea restituere his, qui ex fideicommisso vocati sunt, teneatur, cum ex iure inquisiti ius fisci dependeat, *l. ex facto. 17. §. ex facto. ff. ad S. C. Trebbellian.* & tamen in dote speciale est, vt confiscatis viri bonis, haud censeantur publicata bona dotalia, *gl. in l. sed si alia. ff. de bonis damnator. Osasc. decis. 94. n. 19. Arism. Tepat. var. iur. sentent. tit. 461. §. 13.*

2 Secũdum priuilegium est, quod quamuis dotis restitutio fieri non debeat, nisi matrimonio soluto, *l. vnic. C. si dos constant. matrim. §. dotes. auth. de nupt. l. 2. ff. sol. matr.* à contrario sensu, alias contineret donationem, quæ inter virum, & vxorem est prohibita. *Connan. cõment. iur. ciuil. lib. 8. cap. 10. nu. 7.* tamen quando maritus ad inopiam vergit, poterit mulier pro dotibus suis assecurari etiam in eiusdem viri bonis, vt sunt iura in *l. si constante. 25. ff. sol matrim. in l. vbi adhuc 29. C. de iur. dot. in cap. per vestras, ex. de donation. inter vir. et vxor. Rol. in cõs. 9 vol. 1. Id. Gayll. lib. 1. obseruat. 83. Ferrer. par. 3. obseruat. Cathalon. cap. 5. Tepat. d. tit. 461. §. 6. Ricc. collect. 142. 1310. Giurb. ad Cõsuetud. Messan. cap. 15. gl. 2. par. 1. nu. 1.*

3 hæc enim assecuratio, vel mauis dotis collocatio in tuto fuit introducta, vt ex eiusdem dotis fructibus mulier alat se, liberos, & familiam, *l. si cum dotem 23. §. si verò. ff. solut. matrim. l. mutus. 7. § manente. ff. de iur. dot. DD. in l. si constante præsertim Barbos. num. 54.*

4 Et si mu-

mulier ad res domesticas parum est apta, tunc dos ad alimentorum causam sequestrabitur, vel pecunia penes mercatorem honesto sub lucro reponetur, aut in emptionem prædij collocabitur, ad hoc, vt fructus pro illa causa deseruiant. *Gayll. d. lib. 2. obseru. 83. Affli. decis. 221. nu. 2. Gratian. decis. 194. nu. 4. 27. Grammatic. decis. 92. Capyc. dec. 41. nu. 11. Osasc. decis. 135. nu. 8. Muscatell. in praxi S C. par. 3. nu. 83. Molfes. ad Consuetud. Neap. par. 6. tit. de iur. dot. q. 5. nu. 28. Mastrill. decis. 142. Giurb. decis. Sicil. 16. Castill. decis. 25.* ità decisum ref. *Ferrer. d. part. 3. obseru. 50. Fontanell. de pact. nuptial. tom. 2. clausul. 7. gl. 2. par. 3. nu. 48.* & ità in Regia Camera decisum fuisse quoque fatetur. *D. Reg. de Marin. quotid. resolut. lib. 1. resolut. 20. in fin.*

5 Etenim dotis assecuratio intelligitur potius pignoris, vel custodiæ loco facta, quã quod dominium transferre in vxorem valeat, nec assecuratio dicitur vera, & plenaria restitutio, sed magis remedium sequestratiuum dotium in manibus vxoris, vt ex *d. l. vbi adhuc Bart. & DD. in l. si ità stipuler. ff. sol. matr. And. Gayll. de pace public. lib. 2. cap. 16. Gramm. d. decis. 92. Magon. decis. Rot. lucc. 55. Tepat. vbi sup. §. 1. Affl. decis. 9. Put. decis. 356. n. 2. lib. 3. Osasc. d. decis. 135. nu. 9.* hinc maritus remanet dominus bonorũ dotalium, quorum sola administratio translata fuit in mulierem, vt ex § *illud quoq; auth. de equalit. dot. Ancharan. cons. 119. nu. 6. Ioseph. Ludouic. decis. lucc. 21. nu. 57. Castill. decis. Sicil. 24. num. 2. & seqq. Barbos. d. l. si constante. nu. 46. 51. Reg. Merlin. controu. forens. lib. 1 cap. 52.* & in quo propriè distet restitutio ab assecuratione, ponit *Anton. Fab. in Codic. de iure dot. definit. 2.*

6 Est tamen verum, quod vxor, vt assecurari valeat, inopiam

opiam viri probare debebit, *d. l. si constante. d l. vbi adhuc.* vndè dicebant aliqui, quod si fiat pactum de dotibus restituendis soluto matrimonio refertur pactum tam ad casum, si matrimonium per mortem soluatur, quam ad alterum si restituendæ sint vxori propter vergentiam viri ad inopiam, *Barb. d. l. si constante. nu. 57. Mastrill. decis. Sicil. 142. nu. 14. Giurb. decis. 16. nu. 4. Mut decis. 23. nu. 9. & Farinac. decis. 159. vol. 2.* Sic etiam mulier assecurari se petens, primò imputare debet, quæ penes se habet, postcà bona mariti excutere, ac postremò contrà tertios possessores agere. *Anton. Fab. in decis. 21. C. d. tit. de iure dot. Ricc. in collect. supracit.*

7 Sed petes, quando dicatur de inopia viri constare?

Respondeo, quod quia ex varijs causis id potest cõtingere, per consequens certa regula de hoc dari non potest. *Gayll. vbi sup. Benintẽd. decis. 68. nu 3. Mastrill. dict. decis. 142. & Molfes. d. part. 6. q. 5. n. 21.* nam poterit primo constare de inopia, quãdo maritus ipse cæperit malè vti substantia sua, putà, quia expẽdit plusquam important redditus facultatum suarum. *Rip. in d. l. si constãte post Bart. in l. 1. C. de repud. Ioseph. Ludouic. decis. lucc. 22. n. 18. 21. Gayll. d. obseru. 83. nu. 11. Tepat. d. tit. 461. in fin. Francis. Stephan. in decis. 41. in addition.* & ità decisũ ref. *Nouar. quæst. forens. lib. 2. q. 74. nu. 12.* & quod plus est, non debet mulier expectare, vt maritus dilapidet omnia bona sua, vel maiorem eorum partem, sed sufficit probare, quod incipit vergere ad inopiam, vel esse de dilatione suspectus. *Id. Barbos. d. l. si constante. nu. 1. 3. Mastrill. d. decis. 142. nu. 3. & Giurb. d. decis. 16 in princip.* Secundò maritus fideiubens dicitur ad inopiam vergere. *Hyppol. sing.*

sing. 574. *Marant. in spec. disput.6.nu.*12. Hæc tamen omnia sic intelligendo, vt si mulier velit agere contrà virum, sufficit qualiscunque inopiæ probatio, ità vt etiam vulgi opinio sufficiat, *Ioseph. Ludouic.d.decis.lucc.*22. sed si cont. à tertios possessores, tunc requiritur plena probatio inopiæ. *Benintend. d. decis.*68 *Ricc.collect.*142.*Gratian.discept.forens.cap.*389. *nu.*10.*par.*3 *Rot.Roman.decis.*292. *vol. pen. ex collect. per Farinacc. Fontanell. d. claus.*7.*gl.*2.*nu.*43. *Muta d. decis.Sicil.*23.*nu.*7. *Magon. decis.lucc.*5).*num.*4. & *Rot. March. apud Medic. decis.* 47.

8 Ampliatur primò, vt non solũ dotem, sed etiam propter nuptias donationem vxor exigere ualeat propter uiri uergentiam ad inopiam *d.l.vbi adhuc. cum auth.seq. de iure dot. Gayll. d. obseru.* 83.*nu.*2.*lib.*2.*Molin. de ritu nuptiar.lib.*3. *q.*39 *num.*19. *Barb. d.l.si constante num.*8. *Gratian.decis.*194. & *Vrsill. ad Affl.decis.*221. quia sicuti dos, ità & hęc donatio ꝓpter nupt. oneribus matrimonij deseruiet. *Ferrer.decis. Cathalon.cap.*5. *Mastrill.decis.* 142.*nu.*2.& *Anton.Fab.lib.* 5.*Codic.tit.*6.*definit.*2.

9 Secundò omnia ea, quæ ob uiri uergentiam ad inopiam exacta fuere non restituentur, etiam si diuitiæ superuenissent marito, *gl.in d. l. vbi adhuc, verbo abutatur Campeg.de dot.part.*3.*q.*4.*Gayll. d. lib.*2.*obseru.*85.*Tepat.d. t t.*461.*cap.*4. §. 4.*Magon. decis.lucc.*55.*n.*2.*Tiraquell. tract. cessante causa limitat.* 14.*Casanat. cons.* 25. *nu.*4. *Molfes.in addit. part.*6. *de iure dot. q* 6. *num.*5. *D.Reg. de Marin.lib.*1. *cap.*264 *sub num.*10. Idq; optima nititur ratione, quia quando casus superueniens, qui ab inicio impedit actum fieri, ad eundem tendit effectum cum actu gesto, tũc per illum nõ tollitur, quod semel gestum est. *l.verbis.*5.*in fin.ff. ad L. falcid.*

falcid.§.ex contrario.sup.delegat. sed restitutio dotis fit mulieri ad eius securitatem, & diuitiæ superuenientes marito tendunt ad eandem securitatem, ergò assecuratio non tollitur per superuenientes diuitias. Confirmatur argumentum ex *l. sciendum.* 15. *§.fin. ff. qui satisd. cogant.* ubi si quis præstitit cautionem de iudicio sisti, quia non possidebat bona immobilia, &si cauens postmodum possidere cæperit immobilia, cautio illa non retractatur, dum hoc etiam tendit ad eundem effectum scilicet securitatis actoris.

10 Tertiò assecuratio est facienda etiam si uellet maritus de dote conseruanda cauere, quia non ob id fructus perciperentur, ex quibus posset uxor, & familia consequi alimenta, uerum si ex cautione nedum proprietas seruaretur, sed etiam fructus prædicti haberi possent, admitteretur cautio, & ità debent intelligi, *gl. in d. l. ubi adhuc. Bart. in d. l. si constante. nu.* 46. *Gayll. d. obseru.* 83. *nu.* 7. *lib.* 2. *Gratian. discept. forens. cap.* 194. *n.* 13. *Chartar. decis.* 107. *nu.* 3. *Giurb. d. decis.* 16. *nu.* 1. *Fontanell. ubi sup. nu.* 65.

11 Quartò id locum habet non solum contrà maritum, sed etiam contrà socerum, qui dotem recepit, & ad inopiam uergit. *Barbos. d. l. si constante n.* 72. *Gayll. d. lib.* 2. *obseru.* 83. *nu* 6. *Put. lib.* 3. *decis.* 265. *Tepat. d. tit.* 46. *cap.* 5. §. 8. *Grammatic. decis.* 82. *Affl. decis.* 332. ref. *Ricc. collect.* 1310.

12 Quintò ob iudicium assecurationis à muliere motum etiam nondum probata uiri inopia impeditur uenditio rerum, quæ uigore sententiæ instante creditore hypothecario in exequutionem deductæ fuere, ità *Bald. Nouell. de dot. part.* 7. *priuileg.* 24. *Negusant. de pignorib. par.* 6. *memb.* 1. *num.* 29. *Rebuff. tit. de Constit. reddit. n.* 43. *Grammatic. decis.* 92. *nu.* 18.

18. *Maxill.ad Consuet. Bar. incip.marit. ad inop.uerg. n.* 14. Rol.*consf.* 31.*vol.* 1. *n.* 32. *Vrsill.ad Affl.decis.* 199. *Arnon.singul.* 589. *Reg.Sanfel. decis.* 131. *nu.* 5.

13 Sextò ampliatur, quod si facta hac assecuratione prædium restitutum sine culpa vxoris fuerit euictum, uel pereat, iterum uxor assecurari deberet. **Crot.** *in d.l. si constante. nu.* 219. *Mastrill. decis. Sicil.* 142. *in fin. Nouar.quæst-forens. lib.* 2. *q.* 74. *Cest de remed. subsidiar. remed.* 1. *per tot. Mut. decis* Sicil. 23. *nu.* 20.

14 Septimò & si creditoribus soluto matrimonio per mortem uiri ius offerendi dotem competat, tamen hoc non procedit, ubi fit restitutio dotium propter mariti inopiam, quo casu fas non erit pecuniam dotalem offerre, & bona in quibus dotes restitutæ, aut collocatæ fuere consequi pro concurrenti quantitate, ità **Olasc.** *decis.* 134. *n.* 12. *Affl.decis.* 199. *de Francb. decis.* 54. *Gayll. lib.* 1. *obseru.* 92. *Caballin.milleloqu.* 813. *Tepat.vbi sup. cap.* 10. §. 2. *Anton. Fab.in C. de iure dot. definit.* 52. *Ricc. d. collectan.* 142. hoc tamen fallit, cum in bonis uiri non nisi una res adest, ex qua & mulieri, & creditoribus satisfieri ualeat, tunc enim ad licitationem deueniendum est, & precium ponetur in tuto. Id. *Anton.Fab. vbi sup. dec.* 27. Id. *Ricc loc.cit.*

15 Octauò alijs omissis sententia assecurationis dotis est exequutioni mandanda, non obstante appellatione, cum nec ab alimentorum sententia queat appellari, *l. fin. ff. de appell. recip. Surd. tract.de aliment.tit.* 8. *priuil.* 60. *n.* 21. *& in terminis.Reg. Sanfel.decis.* 132. *vol.* 1.

16 Limitatur primò, quod quando per assecurationem uiri creditoribus præiudiciũ affertur, tunc fieri debeat citatis prius eisdem creditoribus, alias si tantum in præiudicium uiri, fiet assecura-

tio etiam non citatis creditoribus, ità *Cappell. Tholos. decis.* 338. *vbi Aufrer. in addit. Osas. decis.* 135. *nu.* 6. *Tepat. d. tit.* 461. *cap.* 2. §. 1.

17 Secundò limitatur ubi mulier cum huiusmodi uiro malæ conditionis scienter contraxerit, quia nequit assecurari, & si cautionem de dote cõseruanda, restituendaque petere valeat, *Bart. in l.* 3. §. *si semel. ff. vt in possess. legat. Gayll. d. lib.* 2. *obseru.* 84. *Tepat. cap.* 6. §. 4.

18 Tertiò mulier in assecuratione huius dotis non præfertur creditoribus habentibus expressam hypothecam anteriorem, nè habeat plus iuris mulier constante matrimonio, quam soluto. *Anton. Fab. lib.* 5. *Codic. tit.* 7. *definit.* 28. *Ricc. d. coll.* 1310. sed de veritate dicemus infr.

19 Quartò non potest peti assecuratio super bonis viri per Creditores in iudicio deductis absque instrumento dotali, quia sicuti non potest restitui dos absq; instrumento prædicto, ità nec sine illo assecuratio peti, *Gramm. decis.* 42. *Vrsill. ad Affl. decis.* 332. *Chartar. decis. gen.* 8. *Magon. decis. Rot. florent.* 125. ref. *Ricc. d. collect.* 1310.

20 Tertium priuilegiũ, quod competit doti cõstante matrimonio, est, quod mulier dotem soluens viro filiosam. iubente patre præsumitur vtriq; soluisse, & vterque est obligatus ad illius restitutionem, & uterque in solidum secundum *Bald. & Iacob. de Aren.* quos ref. *Nouell. d. par.* 7. *priuileg.* 30.

21 Quartum priuilegium est alijs omissis, de quib. *Bald. Nouell. d. part.* 7. quod fundus dotalis etiam consentiẽte vxore non potest alienari, *l. vnic.* §. *cum lex.* C. *de rei vx. act* & diximus sup. *quib. alien. licet vel non.* §. 1 idq; illa procedit ratione, nè muliebris sexus in perniciem earumdem mulierum substantiæ conuertatur, *d. l.* 1. *Bart. in l. si quis in tantam.* C.

vndè

vndè vi. Tiraquell. ad leges Connubial.gl.1.num.70. Osas.decis.94.nu.26. D.Capon.in d.l.1.q.5. nu.1.ff.sol. matrim.Abruzz.d.§.1. quibus alien.licet.

22 Et cum alienatio prohibita sit, cuius appellatione venit obligatio, sequitur, quod nec coniuges possint rem dotalem hypothecare, infinit.penes *Giurb. cap.14. gl.4. n.5.* neq; super ea censum iuxtà formam Bullę imponere, vt ex multis iuribus firmat *Foller. super Bull. de censib.verb. huiusmod. n 22. Felician. de censib.lib.2 cap. 3.nu 12. Mastrill. in addit. ad* Petr. *Greg. sup. Bull q.3. nu.* 109. & alij penes *Cenc. de censib. part.1. cap. 2. q.1. art.5.nu.10.*

23 Ampliatur primò, vt possit maritus contrà propriam alienationem venire, & etiã constante matrimonio res per eum alienatas vendicare, uel reuocare, & ratio est, quia benè cõtrà factum proprium potest uenire, qui illud fecit iuri repugnans, publicęq; utilitati, *l. quemadmodũ.7.C.de agricol.& censit.lib.11.Campeg. d.part.4. q.2.Pinell.in l.1.par.3. C.de bon.matern.*Baez.*de non meliorand.filiab.cap 34.nu.40.*

24 Secundò ampliatur, ut neque teneantur de euictione maritus, uel uxor dotalem rem alienantes, ex quo reuocatur alienatio propter prohibitionem legis, ex *tex. in l.minor.*39.cum ibi notat. *ff.de euction. l.fin.§.fin. C. commun.delegat.Barbos.in l. 1.part.5.nu.23.ff.sol matr. Baez.d.cap.34.n.6.*

25 Limitatur primò, quotiescunq; fuit res data in dotem æstimata tali æstimatione faciente emptionem uenditionem, quia tunc potest uir eam alienare, etenim electionem habet uel restituẽdi rem dotalem, uel precium, *l. plerumq;* 11. *ff. de iure dot.communiter DD. in d.l.quoties.C.cit.tit. Aloys. de Leo,& Sicard. in l.si prædiũ. eod.cit.tit.Couarruu.practic.*

qq. cap. 28. *nu.* 4. *Giurb. cap.*
26 15. *gl.* 1. *nu.* 5. Et hòc procedit etiam si res non fuerit æstimata, sed assignata pro certa quantitate, tunc enim uirtualiter pro æstimata habetur, *Soccin. Iun. in consil.* 141. *nu.* 4. *lib* 1. *Ioseph. Ludouic. comm. concl. tit. de iure dot. cõclus.* 1. *ampliat.* 3. *Alex. trentacinq; lib.* 3. *variar. resolut. tit. de iure dot. conclus.* 1. *nu.* 13. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 12. *tit.* 28. *num.* 5. *Giurb. cap.* 14. *gl.* 1. *num.* 11. *Couarruu. d. cap.* 28. *num.* 1.

27 Fallit uerò, quando restitutionis tempore maritus non existit soluendo, quia tunc nõn obstante æstimatione facta res dotalis remanet, & non potest alienari, alias uxori competet utilis rei uendicatio, ità post innumeros DD. firmãt *Giurb. d. cap.* 15 *gl.* 1. *nu.* 21. *Castill. decis.* 21. *nu.* 6. decisum ref. *Ricc. collect.* 829.

28 Dixi æstimatione faciente emptionem uẽditionem, cum hoc non procedat, quoties ab initio fuit res data inæstimata, & ex interuallo post fit æstimatio, cum hoc in casu extimatio facta censeatur ad sciendum rei ualorem, & non ad faciendam emptionem. *Bald. in l. ex inuentione. C. de pact.* ità iudicatum dicit *Anton. Fab. d. tit. C. de iure dot. definit.* 44. *Ricc. collect.* 829. *Couarruu. pract. cap.* 28. *vers.* 11.

29 Secundò limitatur, ut teneat alienatio fundi dotalis, quandò mulier uel alienat, uel alienationi cõsentit animo decipiendi, quo casu in præiudicium ipsius decipiẽtis erit ualidissima alienatio rei dotalis facta, *l. fin. C. ad S.C. Velleian. l.* 2. *C. si min. se maior. dix. Tiraquell. ad leg. Connubial. l.* 8. *nu.* 135. *Baez. de non melior. filiab. cap.* 30. *nu.* 2. *Barb. d. l.* 1. *par.* 5. *nu.* 43. *ff. sol. matr. Giurb. cap.* 14. *gl.* 3. *num.* 14.

30 Tertiò fallit, quando alienatio resultat in euidentem utilitatem mulieris, quo casu permittitur alienatio, putà

tà quia sit alia res empta, *l. fin. ff. de iure dot.* *Angel. Abruzzes. & Hyppol. Rimi- nald. d. §. 1. sub. quib. alien. lic. Alb. Mandell. cons. 97. nu. 17. Giurb. d. gl. 6. nu. 13.* hinc res empta ex pecunia dotali efficitur dotalis, ubi empta est ad utilitatem mulieris, *l. ex pecun. 12. C. de iure dot. Caball. millelog. 540.*

31 Quartò alijs omissis limitatur, ubi fieret alienatio uel ex necessitate mariti, uel uxoris, *l. 1. C. de liberal. caus. l. 1. ff. de fund. dotal.* & alij adducti per *Giurb. d. cap. 14.*

32 *gl. 6. nu. 1.* Ex quo potest inferri ad *Consuetud. nostræ Ciuitatis bona stabilia, sub tit. de Contractib. inter vir. & uxor.* ubi potest mulier cũ consensu uiri bona dotalia stabilia alienare, si prioris matrimonij filij non contradicant, at si ij contradicant, tunc non potest alienare, nisi quatenus necessaria causa subesset alienandi, ut in *Cõsuetud. seq.* ex quo potest alienare. primò ut uiuat. secundò ut nupta uiuat. tertiò ut libera uiuat. quartò, & ultimò ut sana uiuat, & in cæteris casibus necessarijs positis per *Napodan. ibid. & D. Reg. de Marin. quotid. resol. lib. 1. cap. 174. nu. 24.*

33 Quæstio tamen erat, nũquid alienatio fundi dotalis ualeat, si sit per mulierem alienantem iurata, & sic numquid iuramentum ualidas reddat conuentiones à iure ciuili reprobatas?

Prima opinio docuit non posse contractum iure ciuili inualidum iuramento confirmari, ità *Ias. in auth. sacramenta puberum. num. 37. C. si aduers. vendit. Alciat. in cap. cum contingat. n. 116. ex. de iur. iur.*

34 Eorum principale fundamentum est, nam iuramentum nequit eas tollere constitutiones, quæ propter publicum commodum factæ fuerunt, *cap. si diligenti ex. de for. compet.* sed lex Iulia, & Iustinianea prohibentes fundi dotalis alienationem publi-

publicam ob utilitatem promulgatæ fuere, *d. l. 1. ff. sol. matrim.* ergò eas nequit iuramentum tollere.

Respõdeo dist. maior. nõ potest eas cõstitutiones tollere, quæ principaliter propter publicam utilitatem sunt promulgatæ, & conced. quę secundariò, & neg. ità *Bart. in l. si quis pro reo. nu. 8. ff. de fideiuss. infiniti penes Barbos. in d. l. 1. sol. matrim. part. 1. num. 63. cum seqq.* & communem fore dicit *Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg.*

35 *76. num. 2.* Et re uera quod dotis causa respiciat priuatam mulierum utilitatem principaliter, patet ex *tex. in l. assiduis. 12. C. qui potior. in pign. hab.* ibi, *propter obsequ a, quæ mulieres maritis præstant, & propter partus periculum.* Item patet ex *l. 3. C. de primipil. lib. 12.* ubi cõtendente fisco cum muliere ex causa primipilari, concluditur, quod causa primipilaris sit publica, illa verò mulieris priuata, ibi, *utilitas publica præferenda est priuatorum contractibus.*

36 Secunda opinio indicat contractum iure ciuili inualidum, iuramento non confirmari, sed secus de iure Canonico, ità *Barbos. d. l. 1. part. 5. nu. 74.* quam refert, & sequitur *D. Capon. ibid. q. 5. sub nu. 15.*

Quæ non arridet, cũ etiam iure ciuili cõtractus eodem iure irritus iuramento firmetur, vt patet ex *auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit.* ibi, *sacramenta puberum spontè facta super contractibus rerum suarum non retractandis inuiolabiliter custodiantur*, nec dicas textum illum loqui de actu nullo ob defectum minoris contrahentis, quia nulla specialitatis ratio assignatur, quin ad cæteros casus extendi nequeat, illud tamen ibi est gratia exempli, & exempla non restringunt, sed declarant.

37 Tertia fuit *Merend. controu. iur. lib. 1. cap. 1. 2.* hoc

ità

ità debere intelligi, vt scilicet contractus nequeat dici iuramento confirmatus, sed quod tantum periurij metu stari debeat illi, deindè demonstrat, quid referat, an conuentio reddatur ex iuramento valida, an verò ex vi iuramenti dumtaxat agatur, cũ priori casu nascatur obligatio ad hæredes, & in hæredes transitoria, in altero
38 verò casu secus; quia iuramentum est, quid personale, nec personam iurantis egredi potest. *D.Thom.2.2.q.98. artic. 2. ad 4. Couarrun. in cap. requisiuisti. nu. 2. ex. de testam. Sanchez super* Decalog.*lib.3.cap.13.nu.1.*

Adducebant *tex.in d.auth. sacramenta puberum.* C. *si aduers. vendit. & in d. cap. cum contingat. ex de iur. iur.* ex quibus non contractum ipsum, sed iuramentum seruandum fore desumebatur, vt in *d. auth.* ibi, *sacramenta puberum custodiãtur*, & *in d. cap. cum contingat*, ibi, *mulieres ipsæ seruare debeant huiusmodi iuramentum.*

Verum replico hęc iura ab alijs passiuam recipere debere intelligentiam, per quæ pactũ ipsum iuramẽto
39 firmari probatur, et hæc est probabilior, & communior sententia secundum *Bart. in l. si quis pro reo ff. de fideiuss. Curt. in cons. 47. n. 4. Couarruu. in cap. quamuis pactum. in 2. par. relection. §. 1. nu. 7. de pact. in 6.* & alios adductos per *Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 61. & Fachin. controu. iur. lib. 3. cap. 11.*

40 Ad quæ protrahitur *tex. pontificius in d. cap. quamuis, de pact. in 6.* ibi, *quamuis pactum patri factum à filia, dũ nuptui tradebatur, vt dote contenta nullum ad bona paterna regressum haberet, improbet lex ciuilis, si tamen iuramento nec vi, nec dolo præstito firmatum fuerit ab eadem, omninò seruari debebit, cum non vergat in æternæ salutis dispendium, nec redundet in alterius detri-*

men-

mentum, ex quo sententiam communem satis probari ostenditur, & quamuis dicat *Merend. verba illa omninò seruari debebit*, referri ad iuramentũ non autem ad pactum, tamen hoc dictum procedere nõ potest, quoniã in ablatiuo absolutò iuramentum mentionatum fuit, ibi, *si tamen iuramento*; nec ablatiuum potest cum verbo concordari, sed benè nominatiuum cum verbo idest pactum; imò ad saturitatem dicitur, ibi, *iuramento firmatum fuerit.* quod non potest referri, nisi ad pactum, sicq; sensus est pactum prius inutile, quod à iuramento firmitatem sibi mutuat, omninò seruari debebit.

41 Item ad eadem facit Imperatoris Alexandri rescriptum in *l. 1. C. si aduers. vẽdit.* qui scribens *Florent.* militi minori dicit, *si minori annis 25. emptori prędij cauisti nullam de catero te esse controuersiam facturum, idque etiam iure iur. corporaliter præstito seruare confirmasti, neque perfidia, neque periurij me authorem futurum sperare tibi debuisti*, ex quibus verbis patet minorem iurantem contrauenire nõ posse, alias esset periurus, & perfidus, periurus inquam, dum contrà iuramentum veniet, perfidus, dum contrà pactũ, vel fidem pacti ad *tex. in l. 1. ff. de pact.* & sic pactum fuit vallatum ex iuramenti appositione.

42 Postremò si verum esset iuramentum tantum seruari debere, & non pactum, sequeretur, quod is, in cuius fauorem iuramentum præstitum fuit, cogi posset ad relaxandum iuramẽtum tamquam adiectum contractui nullo, inualidoque *iux. tex. in cap. 1. ex. de iur. iur.* subsequens, hoc est falsum, ergò & antecedens.

Rerum Summa.

1 *Compensatio non potest opponi mulieri dotem repetenti.*

Reten-

2 *Retentio dotis num competat pupillo aduersus matrem, vel auiam, quæ tutelam administrauerunt? remissiuè.*

3 *Iudex etiam parte non opponente potest fauore dotis ex officio supplere.*

4 *Delegatione facta, & delegato non existente soluendo potest mulier contrà delegantem agere.*

5 *Causa dotis in locum alimentorum subrogata potest diebus feriatis tractari.*

6 *Dotis causa regulariter dicitur ordinaria, non summaria.*

QVÆSTIO TERTIA.

De Priuilegijs dotis soluto matrimonio.

1 PRimum priuilegiũ est, quod compensationis exceptio nequaquam repellit mulierem repetentem dotem suam. Ità *Bald. Nouell. par.8. priuileg.1.* & ipsa mulier mortuo viro potest domum, in qua vnà cum viro habitabat, retinere, donec dos sibi integraliter soluatur. *Mynsing. obseru. iur. centur.6. obseru.82. Capyc. decis. 119. num.3. Grammat. decis. 92. Ioseph. Ludouic. decis. Perus.12. n.18. par.1. Magon. decis. lucc. 94. Pute. decis. 278. lib.3.* ref. *Arismin. Tepat. variar. iur. sentent. tit. 462. cap.8. §.5.*

2 An autem retentio dotis competat pupillo cõtrà matrem, vel auiam, quę tutelam gessere, tradit *Gasp. Thesaur. quæst. forens. lib.2. q.28.*

3 Secũdum priuilegium est, quod Iudex nequit regulariter supplere ex officio, nisi quando pars de hoc opponeret, vt in *l.3. §. hoc autem. ff. de damn. infect.* & tamen speciali fauore dotis potest parte nõ opponente patrem repetentem dotem repellere, quem viderit malis coinquinatum moribus, & improbatæ vitæ, *l. si cum dotem. 23. §. eo autem tempore. ff. sol. matrim.*

4 Tertium est, quod licet nequeat

queat creditor facta delegatione contrà priorem debitorem delegantem agere, & si debitor delegatus non sit soluendo, *l. inter causas 26. § abesse. ff. mandat.* tamen fauore dotis præseruatur ipso iure mulier illæsa, vt tunc redeat ad pristinam obligationem contrà virum, vel eius hæredes, qui fuerunt in dolo, quasi quod tacita subintelligatur conditio, si nomen delegatum sit soluendo, *d. l. si cum dotem. 23. § si mulier.*

5 Quartum est, quod causa dotis, quæ in locum alimentorum subrogatur, potest fœriatis diebus tractari, sicuti ipsa alimentorum causa, ex *l. 2. ff. de fœr. Fachin. controu. iur. lib. 10. cap. 36. D. Capon. in d. l. 1. nu. 15. ff. sol. matrim* regulariter verò non potest, quia generalis regula comprehendit etiam causam dotis, nisi & priuilegiũ expressum sit, *l. in fraudem. 16. § fin. ff. de milit. te-*

6 *stam.* Hinc dotis causa regulariter dicitur potius ordinaria quam summaria, *l. 3. C. de ordin. iudic.* ibi, *more iudiciorum*, & tunc dicitur causa pia, quando competit coniugi nõ habenti, vndè se alere ualeat. *Bolognet. d. l. 1. nu 84. ff solut. matrim.*

Quintũ est alijs omissis, de quibus *Bald. Nouell. d. part. 8.* vt mulier præferatur Creditoribus viri, & hoc, vt melius percipiatur, sit.

Rerum Summa.

1 *Creditores in triplici reperiuntur discrimine.*

2 *Mulier habens tacitam hypothecam præfertur omnibus creditoribus viri anterioribus, si ij personalem tantum habeant actionem.*

3 *Hypotheca tacita dotis præfertur omnibus creditoribus etiam anterioribus, qui tacitam quoque habent hypothecam.*

4 *Dotis hypotheca num præferatur tacitæ anteriori priuilegiatæ? & vera opinio ponitur nu. 7.*

5 *Tex.*

5 *Tex. in l. 2. C. de priuileg. fisc. eiusque correctio adducitur in materia dotis. nu. 11.*

6 *Tex. in §. his cõsequens. auth. de aequal. dot. perbellè discutitur, & nouiter ab Authore dilucidatur. nu. 12.*

8 *Tex. in l. assiduis. C. qui potior. in pignor. nouiter concedit mulieri in hypothecaria, quod prius fuit ei concessum in actione personali.*

9 *Tex. in §. his cõsequens auth. de ęqual. dot. loquitur de creditoribus anterioribus dote.*

10 *Exceptio firmat regulam in casibus non exceptuatis.*

13 *Mulier in dubio praefertur fisco tamquam magis priuilegiata.*

14 *Fiscus ex causa primipilari praefertur doti.*

15 *Primipilus quis nam sit, & numquid in* Regno *detur hoc fisci priuilegium ex causa primipilari?*

16 *Dotis hypotheca non praefertur creditoribus habentibus anteriorem expressam.*

17 *Lex suum, non autem tuum tibi negare potest auxilium.*

18 *Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis, & ista regula satis declaratur.*

19 *Hypothecam habere est habere ius in re, non autem ad rem.*

20 *Instrumenta duo & scilicet creditoris priuati, & dotis, si reperiantur eodem die confecta, praesumitur prius confectum fuisse instrumentum dotis.*

21 *Priuilegium tacita hypotheca debet restringi.*

22 *Tex. in l. assiduis. C. qui potior. in pign. restringitur secundum subiectam materiam tacita hypotheca.*

23 *Tex. in l. in rebus.* C. *de iure dot. loquitur de rebus dotalibus extantibus, vt scilicet in ijs mulier praeferatur.*

24 *Verba* pleno iuris articulo *posita in l. assiduis. C. qui potior in pign. referuntur ad tacitam hypothecam.*

25 *Taciti, & expressi eadem est virtus, vbi est eadē ratio.*

26 Regula *si vinco vincentem te tanto fortius vinco te, quomodo procedat?*

27 *Mulier in bonis posteà quæsitis num præferatur creditoribus habentibus expressam anteriorem? & sit distinctio. nu. 28.*

29 *Hypotheca tacita dotis præfertur expressæ posteriori.*

30 *Hypotheca expressa dotis nō præfertur hypotheca expressæ anteriori.*

QVÆSTIO QVARTA.

Quibus Creditoribus Mulier pro causa dotis præferatur?

EN fluentisonum, & uerticosum quoad mulieris, creditorumq; uiri hypothecas ātelationis mare diutius expectatum, ecce præsentis quęstionis Syrtes, ac Scyllæ, Caribdisq; latratus, eos igitur peritus ceù nauta non nisi ordinata Methodo euadere spero.

1 Et ad intelligētiam præaduertendum est triplices reperiri creditores secundum *Oinoth. hic nu.* 53. Nàm alij primò personales tantū habent actiones contrà mariti creditores, qui etiam dicuntur creditores chirographarij, & nihil, nisi nudam personalem obligationē habent, nec eis certum aliquod ius expresè, uel tacitè in bonis mariti constitutum est. Alij secundò sunt creditores, qui ultrà personalem actionem habent etiam bona debitoris tacitè obligata. Et quidam tertiò sunt qui ultrà personalem obligationem, expresè habent hypothecata sui debitoris bona.

2 His præmissis prima conclusio erit, quod mulier pręfertur creditoribus habentibus personalem actionem etiam anteriorem. *l. si cum dotem.* 23. *§. fin. ff. solut. matr. l. priuilegia.* 19. *ff. de priuil. credit. Merlin. de pign. lib.* 3. *q.* 60. & hoc non solum ex priuilegio mulierum, uerum etiam ex dispositione iuris communis, qua cauetur, quod quilibet habēs ius reale præfertur habenti priuilegium

gium personale. *l. eos qui. 9. C. qui potior. in pign. habeãt. D. Reg. Capyc. latr. dec. f. 47. nu. 5. vol. 1.* sed mulier habet ius in re, dum hypothecam habet, vt infr. dicemus, ergò præfertur creditoribus habentibus iura personalia.

3 Secunda cõclusio est, quod mulier, quæ habet tacitam hypothecam pro dote, præfertur etiã creditoribus anterioribus habentibus tacitam quoq; hypothecam, ut probatur ex *l. assid* . 12. *C. qui potior. in pign.* *ibeant.* ibi, *licet prioris temporis priuilegio vallati sint*, & t nent post multos *Neguf. de pignorib. part. 2. memb. 4. nu. 97. Couarruu. variar. resolut. lib. 1. cap. 7. num. 1. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 26. Barbos. d. l. 1. part. 6. nu. 1. ff. solut. matrim. Gayt. de Credit. cap. 4. num.* 1588. & tãto magis expressa dotis posterior præfertur tacitę anteriori. *Salyc. d. l. assiduis. q. 2. Lambertin. de iure patron. art. 8. q. 5. principal. part. 1. lib. 1. nu. 27. Mãtic. d. tit. 11.* & alij penes *Merlin. de pignor. d. lib. 3. q. 61. & 62.*

4 Sed dubitatio non modica erat, num posterior dotis hypotheca præferatur tacitę anteriori, si hæc priuilegiata sit?

Gemina sunt DD. opinamenta, quorum prius voluit nõ pręferri dotem etiam anteriorem, ità *Guttierez pract. qq. lib. 4. cap. 99. Rebuff. ad constit. gallic. tit. de constit. reddit. art. 1. gl. 8. nu. 27. Rodriq. de ann. reddit. lib. 2 q. 20. Gratian. disceptat. forens. discept. 616. nu. 5. Mant. decis. 66. n. 4. Molin. de contractib. disput. 438. nu. 9.* nonnullos ref. *Antonin. Amat. variar. resol. vol. 1. resolut. 3. nu. 23.* infinitos etiam allegat *Mercurial. Merlin. d. lib. 3. tit. 2. q. 63. & D. Capon. d. l. 1. q. 6. sub num. 3. ff solut. matr.*

5 Quorum primum fundamentum est *tex. in l. 2. C. de priuileg. fisc.* vbi tacita dotis hypotheca non præfertur taci-

tacitæ hypothecæ fisci, sed inter eos obseruatur regula *tex. in cap. qui prior. de reg. iur. in 6.* quod qui prior est tempore, potior sit iure, ergò dosis hypotheca tacita non præfertur hypothecæ tacitæ priuilegiatæ.

6 Secundum ponitur in *§. his consequens. auth. d æqualit. dot.* ubi cum dubitetur, utrũ tacita hypotheca alias priuilegiata, quæ quidem posterior sit, debeat præferri tacitæ hypothecæ dotis, determinat nõ præferri, apertè sẽtiens ꝙ si illa esset prior tẽpore, sine dubio esset pferẽda tacitæ hypothecæ dotis.

7 Altera tamẽ opinio verior est, quod scilicet dotis tacita hypotheca pferatur tacitis ãterioribus priuilegiatis, ità *Salycet. in auth. quo iure n. 3. C qui potior in pig. Couarr. d. lib. 1. cap. 7. n. 3.* ità sẽsit S.C. vt ref. *Affl. dec. 306. Thesaur. Iun. q. 71. num 6. lib. 1. Vin. decis. 155. nu 6. Caualcan. decis. 27. n. 37. part. 2. Gayll. pract. lib. 2. obseruat. 12. nu. 4. in fin. Mozz. de contract. tit. de pign. col. 4. de natural. num. 45. Castill. controu. iur. lib. 3. cap. 8. nu. 27. Cancer. variar. resol. tom. 1. resol. 9. num. 4. tit. de dot. & donat. propter nupt. Merend. controu. iur. lib. 6. cap. 32.*

8 Et hęc probatur primò ex generalitate *tex. d. l. assiduis. 12.* ibi, *potiora iura contrà omnes mariti creditores licet anterioris sint temporis priuilegio vallati,* imò eumdem *tex.* sic inducimu, quod ibi Imperator idem priuilegium, quod concessit mulieri in actionibus personalibus, voluit etiam concedere in hypothecarijs, ibi, *cum enim in personalibus actionibus, secundum quod diximus, tali priuilegio vtebatur res vxoria, qua propter non in hypotheca, hoc mulier i etiam nunc indulgemus beneficium,* ergò sicuti mulier præfertur omnibus creditoribus anterioribus habentibus quamlibet personalem etiã priuilegiatam, ità quoq; & ha-

& habentibus hypothecam tacitam priuilegiatam.

9 Secundò probatur nostra opinio ex ***tex. in d. §. his consequens.*** vbi concluditur tacitam hypothecã dotis priuilegium habere, vt alijs tacitis etiam priuilegiatis præferatur, ergò debet intelligi etiam si aliæ priuilegiatæ sint priores tempore. Consequentia probatur, si quidẽ lex debet semper intelligi, vt nouiter aliquid induxerit, non autem, quod frustrà fuisset emanata. ***arg. tex. in l. qui bis idem. ff. de verbor. obligat.*** sed si intelligeretur ***tex.*** ille de priuilegiatis posterioribus, frustratoriè loquutus fuisset: ergò de ãterioribus loquitur. Minor huius secundi argumenti est manifesta, quia si intelligatur ***tex. in §. his consequens*** de tacitis hypothecis priuilegiatis posterioribus, non ex priuilegio præferretur mulier, sed potius ex iure communi veniret iuxtà reg. qui prior in tempore, sed ***tex. ille vult in d. §.*** nouũ concedere mulieri priuilegium, ibi, ***omnibus autem privaleat mulier iuxtà priuilegium, quod iam ipsis à nobis concessum est:*** ergo necessariò loquitur de priuilegiatis tempore anterioribus.

Quod etiam confirmare voluit ***Irner. in d. auth. quo iure. C. qui potior.*** ibi, ***quo iure vtatur & aduersus eos, qui personali priuilegio muniuntur, veluti quorum pecunia res emptæ sunt, siuẽ refectæ, nisi qui noua constitutione sunt excepti, sicuti qui emendæ militia causa marito in scriptis mutuarunt,*** at qui verba quo iure referũtur ad ***tex. in d. l. assiduis***, vbi mulier, etiam si posterior sit, præfertur. ergò &c.

10 Postremò, nàm exceptio firmat regulam in casibus nõ exceptuatis secundum ***Part. in l. quæsitum. §. deniq; ff. de fund. instruct. Dec. in l. 1. num. 27 ff. de reg. iur. Surd. decis. 185. nu. 8.*** sed exceptio est de filijs prioris matrimonij,

monij, vt eorum hypotheca à nouerca non præcedatur, *d. l. assiduis* 12. §. *exceptis:* ergò regula remanet firma in omnibus aliorum hypothecis, quibus dotis tacita hypotheca præferatur.

11 Non obstant argumenta contraria, & sic primũ, nam frustrà allegatur *tex. in l.* 2. *C. de priuileg. fisc.* cum enim rescriptum, de quo ibi, fuerit Antonini Imperatoris, non est per cõsequens allegandũ ad nouam Iustiniani constitutionem, cuius intentio fuit veteribus legibus derogare, ac priuilegium ab alijs non plenè datum mulieribus concedere, ibi, *& ideò, quod antiquitas dare incapit, ad effectum autem non pertulit, nos pleno iuris articulo consumauimus.*

12 Neque secundò potest officere *tex. in d.* §. *his consequens.* Nàm respõdetur primò Imperatorem noluisse ibi extollerre absurditatem, quæ resultabat, si mulier postponebatur propter aliorum creditorum priuilegia, qui etiam si posteriores erãt, antiquitus præferebantur, ibi, *videmus enim quanta ex ea re sequutura sit absurditas*, & sic dicit, qui quidem posterior sit, enũciatiuè, non autem decisiuè, quasi quod si creditor anterior sit, præferatur. Secundò Respondet *Couarruu. d. l.* 1. *cap.* 7. quod ea verba possunt accipi quoad creditorem habentem expressam hypothecam ex refectione, vt hic si posterior sit, non præferatur mulieri habenti priorem, si verò anterior sit, dotali posteriori hypothecę præferẽdus sit. Tertiò respondet *Merend.* aduertendum esse hũc creditorem mutuantem ad refectionem vel dici priuilegiatum quoad causam sui crediti, vel quoad temporis anterioritatem, primo casu summa suadet æquitas, ut ipse in re refecta cæteris pferatur creditoribus, quia nisi fuisset eius pecunia, illa res non esset in bonis debitoris;

toris; secundò casu eius conditio similis est cæteris creditoribus mariti muliere anterioribus; Quibus positis non consistit difficultas in beneficio temporis, sed in eo, an æquum sit causam huiusmodi creditoris cedere causæ dotis, dum igitur Iustinianus decidit creditorem, & si posteriorem, mulieri cedere debere, non indè colligitur, ergò secus in eo, qui anterior est, quoniã priuilegium horum creditorum non ex tempore, sed ex causa deducitur.

13 Ex quibus colligitur, quod quando apparent eodem die duo instrumenta confecta, alterum scilicet pro fisco, & alterum pro dote, & non cõstat de prioritate alterius, nec per ordinem naturę, nec per horæ appositionem, & tunc mulier præferri debebit. *Bald. in l. dotis. C. de iur. dot.* Nicol. *de Neapol. Alex. Soccin. in l. 1. ff. solut. matrim. Negusant. de pign. part. 2. memb. 4. num. 111. Fachin. controu. iur. lib. 10. cap. 33. Rendin. in promptuar. recept. sentent. tit. de Action. nu. 27. vol. 1.*

Probatur deductio primò ex *tex. in l. in ambiguis. 71. ff. de iur. dot.* vbi in dubio est iudicandum pro dote.

Secundò per *tex. in l. non puto. 10. ff. de iure fisc.* qui ait, quod in dubio contrà fiscum est iudicandum.

Tertiò, & vltimò, quia mulier est magis priuilegiata, quam fiscus, dum fiscus non præfertur creditoribus anterioribus hypothecã tacitam habentibus. *l. 1. C. rem alien. gerent. l. fin. ff. qui potior. in pign.* mulier verò prefertur. *d. l. assiduis. 12.* & vbi duo priuilegiati inuicem cõtendunt, tunc magis priuilegiatus præfertur minus priuilegiato ex traditis per *Sfort. Odd. de restitut. in integr. q. 18. nu. 32.*

14 Obijcies ex *tex. in l. satis notum. 4. C. in quib. caus. pign. tacit. contrah.* vbi fauor fisci præfertur etiam doti, &

&sic si quis primipilatus officiũ gesserit, pro qua administratione fiscus creditor est, & super eius bonis concurrant fiscus, & mulier, tũc fiscus præfertur, immò non solum habet obligata bona primipili, sed etiã bona dotalia vxoris illius, filiorumq; licet patris hæredes non essent. *l.* 1. C. *de priuileg. fisc.* Barbos. *d. l.* 1. *part.* 7. *num.* 1. *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 18. *num.* 8. *Mastrill. de magistratib. lib.* 5. *cap.* 9. *num.* 91. *Excob. de ratiocin. cap.* 39. *nu.* 9.

Sed respõdetur illud fuisse propter publicam vtilitatem principaliter ad hoc, vt rectè primipilus exerceat officiũ

15 suum, primipilus autem propriè dicitur qui administrationem, & curam habebat militaris annonæ. *l. Officialis.* 4. C. *de episc. & cleric. l.* 3. C. *de primipil. lib.* 12. *l.* 1. C. *de priuileg. fisc.* cum alijs allegatis per *D. Capon. d. l.* 1. *q.* 7. iste enim hac obligatione tenetur, ut dicit *Merend. d. lib.* 6. *cap.* 39. & in Regno priuilegium hoc fisci in bonis primipili ob suam asperitatem parum seruari aiunt *D. Reg. de Põt. de potest. Proreg. tit.* 4. *de regal. impositïon.* §. 8 *nu.* 17. & ijdem *D. Capon. ac Merend. loc. cit.*

16 Tertia conclusio est, quod mulier tacitam habens hypothecam in bonis mariti non præfertur creditoribus anterioribus eiusdẽ uiri habentibus expressam hypothecam, ità *gl. in* §. *nostro. Bulgar. in d. l. assiduis.* C. *qui pot.* quem ibid. sequuti fuere. *Dyn. Iacob. Butrigar. Petr. Bellapertic Bart. Bald. Ang. Salyc. Azo in summ.* C. *de iure dot. Ias. hic sub n.* 72. *Gomes. n.* 27. *Ias. n.* 24. *Oinot. n.* 58 *Negus. part.* 2. *memb.* 4. *n.* 98. *Abb. & Barbat. in cap. ex litteris. ex. de pign. & hybec. Corn. consil.* 172. *col.* 3. *lib.* 1. *Dec. cons.* 208. *Coras. in l. qui liberos. ff. de rit. nupt. nu.* 117. *Couarrun. variar. resol. lib.* 1. *cap.* 7. *concl.* 3. *Petr. Greg. syntag. iur. vniu.*

niu.lib.9. cap.24.Mantic. d. lib.11.tit.26.nu.23.Guttier. d. cap.99. sic decisum dicit *Cappell. Tholos. decis. 118. Gayt. de credit. cap.4. num. 1597. Donell. cõmentar. lib. 14. cap.7. Cyriac. contr. 81. n.3.Gizzarell.decis.1.Merlin.de pignorib.d.lib.3. tit.2. q.66.sub nu.6.D.Reg.Capyc. latr.decis.47.sub nu.2.vol.1.*

17 Probatur primò, quia lex denegat tibi suum, non autem tuum auxilium, potuit enim auxilium tacitæ hypothecæ, quod ipsa met priuiuatis creditoribus concessit, opera sua eisdem tollere sinè eorum iniuria, at quando creditores sine facto legis prouiderunt sibi de hypotheca expressa, benè leduntur, si lex illam eis auferat, nec in dubio uult auferre, nã fortius est ius, quod quis acquirit mediante facto suo, quam aliundè.*l.si quid bello. 28.*ubi *gl.ff.de captiu* & facilius denegat lex auxilium suum, quã tollat illud, quod quis propria conuentione acquisiuit.*gl.in l.1. C.si aduers.conuent.*

18 Cõfirmatur hoc primum argumẽtum, si quidem prouisio hominis facit cessare dispositionem legis. *l.& habet.15.§.1.ff.de precar.l.fin. C.de pact.conuent. cum concord.* ergò hypotheca expressa ex hominis prouisione proueniens facit cessare tacitam, quæ uenit ex lege.

Et quamuis contrariam partem tuentes dicant, quod tunc dispositio hominis solet excludere dispositionem legis, quando sumus in introductis per legem in subsidium, secus principaliter priuilegiando, quia tũc priuilegium, quod est clausum in corpore iuris potentius est prouisione hominis.

Tamen respondetur ad argumẽtum uerum illud esse in casu, in quo loquitur, secus uerò circà diuersa, ut in casu nostro, nàm priuilegium dotis est circà tacitam hypothecam, igitur circà illam habet priuilegium in cor-

corpore iuris clausum, undè in eo mulier præfertur extraneo creditori habēti etiā tacitam, secus uerò, si habet expressam, quia illa est diuersæ naturæ à tacita, & ideò in illa remanent regulæ iuris communis illesæ, cū circà illam mulier non reperiatur priuilegiata.

19 Probatur secundò, quod habere expressam hypothecam in bonis alterius est habere ius in re. ***l.in noxalibus.* 34.*ff de noxal.action. l.eorū.* 19.*ff.de damn.infect.§.item seruiana.sup. hoc cod.Signorol.in consf.*90.*nu.*32. *Angel. cons.*208.*col.fin.*** quod ius in re per prouisionem legis tolli non potest, dum nec Princeps absq; causa potest, quæ nobis iure gentium acquirūtur, auferre. ***DD.in l.fin. C. si cōtrà ius vel utilit. public. Alex.cons.3.vol.*** 5. ergò ità est concludendum in casu nostro, quod quia creditor extraneus per expressam hypothecam parauit sibi ius in re, nequibit illud per tacitam hypothecam à lege cōcessam sibi auferri.

20 Probatur tertiò ex notatis per ***Dyn.& Bart.ad intelligentiam tex.in l.1.ff.solut. matrim.*** quod si vno, & eodem die confectum appareat, & instrumentum creditoris habens expressam hypothecam, & instrumentum dotis, & nescitur quid prius confectum fuerit, tunc fauore dotis instrumentum creditoris præsumitur posteriori loco confectum, idq; ampliant, etiam si constiterit de hora, qua creditoris hypotheca inita fuerit, vt ***in d. leg.1.Alciat. nu.22.Pontan. nu.14.Crot. nu.29. Soccin. Iun. nu.57. Bologn.num.23. Rebuff. de pacific. posseff. nu. 384.*** ergò si illa opinio contrà communem esset vera, quod scilicet tacita dotis hypotheca præferatur etiam expresse creditoris extranei, frustrà esset dubitare, an si concurrant eod. die, quod dos debeat præferri, cū stultum esset de hoc dubitare, quan-

quando etiam cõstito de anterioritate creditoris dos præferri deberet, & tamen omnis lex debet esse de dubitabili, *l. quod labeo.9.ff. de Carbon.edict.l.1.ff.ad municipal. l.ancillæ.12.C de furt. l.illam.19.C. de Collationib.*

21 Probatur quartò, & vltimò ex *l. antiochensium. 21. cum gl. ff.de priuileg. credit.* vbi priuilegium tacitæ hypothecæ restringitur contrà bona debitoris, vt non præiudicet creditoribus ãterioribus: ergò sic etiã debet restringi mulieris hypotheca.

Superest, vt his satisfaciam, quæ pro altera stringunt sententia, & eã sectantur *Martinus glossat in d. l. assiduis.cum omnibus vltramontanis.*vbi etiam *Cyn. & Iacob.de Aren.Io.Fab.hic n. 7.Abb.in cap.ex litteris. n 8. ex.de pignorib.Vacon. declarat. iur. cap. 92.* sic decisum fuisse in Camera Imperiali ref.*Mynsing.centur.4.obseruat.13.Barbos.d.part.6.n.5. Fachin. contron. iur. lib. 3. cap.99.& lib.10.cap.35.Anton.Fab.coniectur. lib.8.cap. 11. Merend.contron. iur.lib. 3.cap.9.D.Capon.d.l.1.ff.solut.matrim. q.6.sub nu.3.*

22 Adducunt primò generalitatem *tex.tum in d. l. assiduis. 12. C. qui potior.* ibi, *cõtrà õnes mariti creditores,* tũ etiã in *d.§.bis consequens. auth.de equal.dot.& in §.nostro,*in quibus generaliter habetur dotis hypothecã preferri anterioribus hypothecis: & sic dum lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. *d. l.non distinguemus 37. ff. de recept. arbitr.*

Respondetur, quod quia generalitas omnis ad suos terminos habiles restringi debet ex *l. vt gradatim. 11. ff. de muner. & honor.* hæc iura restringuntur ad terminos, & subiectam materiam tacitæ hypothecę, cui dos preferri debebit, non autem, vt preferatur creditoribus habentibus expressam, nè per hoc alijs damnum, vel

iniu-

iniuria fiat. *arg. tex. in cap. ex tenore. ex. de for. compet. & in l. fin. C. si contrà ius, vel vtilit. public.*

23 Secundò mouentur ex *tex. in l. in rebus.* 30. *C. de iure dot.* vbi expressè habetur mulierem præferri omnibus creditoribus ãterioribus etiã habentibus expressam, quẽ *tex. satis ad hæc* extollit *Mynsing.*

Respondetur, quod *tex.* ille procedit in rebus dotalibus extantibus, in quibus indistinctè mulier prefertur omnibus, mulier enim vendicans rem suam extantem, prelationis, & hypothecę priuilegio non indiget, nec potest per aliquem creditorem excludi *§ his igitur. auth. vt exact. instant. dot.* & facit *tex. in l. si ventri.* 8. *§. in bonis. ff. de priuileg. credit.* per quem textũ docet *Bald. in d. l.* 1. *ff. solut. matrim. n.* 1. quod omnis, qui pretendit dominium in aliqua re, preferendus est cuilibet creditori, & rei vendicatio est suprà omnes alias actiones, vt diximus sup. *in princip. huius tituli*, nos autem in Conclusione nostra non agimus de rebus dotalibus repetendis, verùm de rebus mariti hypothecatis vxori pro dotis securitate.

24 Tertiò dicunt, quod *Iustinianus in d. l. assiduis*, reprehendit antiquos legumlatores, quia cõcesserunt ius prelationis quoad actiones personales mulieribus, & nullam circà hypothecam prelationem eis dederunt, undè contingebat dotibus suis mulieres priuari: ergò Imperatoris mens fuit, ut mulier preferretur cunctis creditoribus etiam habentibus expressam.

Probatur consequentia, nàm Imperator ibi polliceri videtur se perfectum priuilegium dare voluisse, ibi, *nos pleno iuris articulo consumauimus*, cum plenum sit idem ac perfectum. *l. fideicõmissa.* 11. *§ quamquam. ff. de leg.* 3. *cap. cum inter.* vbi *Innoc. & alij.*

alij. ex. de re iudic. Felin. in cap. auditis. col. 3. ex. de præscript. & Ias. in l. posthumo. col. fin. C. de bonorum possess. contr. tabul. ergò Imperator intelligitur plenum remedium respectu vtriusq; hypothecæ induxisse, vt videlicet mulier non solum præferatur habenti tacitam, sed etiam habenti expressam, alias si secus diceremus, etiã posset Imperator in eo reprehendi, in quo antiquos legumlatores de imperfectione reprehendebat, quod nõ est affirmandum, ex quo leges non possunt dici imperfectæ, ex *tex. in cap. commissa. de elect. in 6 l. 1. §. sanè. C. de libert. & eor. liber.*

Respondetur, quod illa verba, *pleno iuris articulo*, operãtur circà eumdem casum tacitæ hypothecæ ab Imperatore inductũ, vt scilicet mulier præferatur habẽtibus tacitam anteriorem, vel creditoribus habentibus expressam posteriorem, secus verò circà alios casus, dũ non potest perfectio includere iniqua. *arg. tex. in cap. quemadmodum in cap. quintauallis. & in cap. veniens. ex. de iure iur.* iniquitas enim esset, si creditoribus auferatur ius quæsitum ex expressa hypotheca propter tacitam posteriorem mulieris, igitur potius laudandus erit quam reprehendendus Imperator.

25 Quartò adducunt, quod taciti, & expressi eadem est virtus saltem, vbi eadem est ratio, *l. 3. ff. si cert. petat.* sed eadem ratio videtur esse in prælatione respectu tacitę hypothecæ, quæ vrget respectu expressę. *Bart. d. l. assiduis. n. 6.* & subijcit *Anton. Fab. vbi sup.* nec sanè minus offendi iuris rationem, & æquitatem, cum mulier præfertur ijs, qui tacitam habent hypothecam, quam qui expressam: ergò sicuti expressa præfertur omnibus anterioribus etiam expressam habentibus, ità etiam & habẽtibus tacitam.

Re-

Respondetur, quod taciti, & expressi eadem est virtus, quando tacitum procedit secundum regulas iuris communis, vt in *d. l. 3.* nàm in omnibus contractibus est seruanda æqualitas, nil mirum, si ibi mutuatarius obligetur ad restituendum idem non in specie, sed in genere eiusdem bonitatis, qualem habebat res mutuò data; At secus, si contrà regulas iuris communis, prout in casu nostro, vbi mulier præfertur alijs creditoribus contrà regulam qui prior in tempore, potior in iure. *Ias. in d. l. 3. Neguſ. de pignor. d. part. 2. memb. 4. nu.* 101. & offenditur magis iuris ratio, si mulier præferretur anterioribus habentibus expressam, dum tollere videretur auxilium, quod quis ex propria quæsiuit sibi industria, quod non est in habentibus tacitam.

26 Quintò, & vltimò illam afferunt regulam, quod si vinco vincentem te, multò fortius uincam te. *l. de accessionibus. 14. ff. de diuers. & temporal. præscript.* sed mulier uincit mutuantem ad refectionem, qui mutuans præfertur omnibus creditoribus etiam habentibus expressam anteriorem. *d. §. his cōsequens. auth. de æqual. dot.* ergò tātò fortius mulier uincere debebit creditores habentes expressam hypothecam anteriorem.

Respondetur regulam illam procedere ubi est eadē ratio uincēdi, & quis ex eodē iure & uincit, & uincitur, secus, si diuerso medio quo quis uincit, ut patet ex *tex. in cap. authoritate de conceſſ. præbend. in 6 Bellamer. conſ. 31. Anton. Gabriel. commun. concluſ. lib. 4. de ſucceſſ. ab inteſt. concl. 4. limit. 2. Anton. Fab. de error. pragmatic. de ead. 28. error. 4. n. 14. D. Reg. Merlin. controu. forenſ. lib. 1. cap. 26. nu. 15.* Quemadmodum in casu nostro, ubi diuerso medio dos uincit mutuantem ad refectionem, & diuer-

diuerso mutuans uincit creditores, nàm dos uincit mutuantem beneficio legis, quę auxilium suum mutuãti denegat, at mutuãs uincit creditores ex æquitate, ex quo nisi fuisset pecunia sua mutuata, res illa refecta non esset in bonis debitoris. *l. interdum. 5. cum l. seq. ff. qui potior in pign. habeant.*

27 Insuper extrà rem nõ erit inuestigare numquid mulier in bonis posteà quæsitis prę feratur creditoribus habentibus expressã anteriorem?

Magna est hæsitatio, cum negantem partem teneant, *gl. in d. l. assiduis. Petr. de Belapertic. ibid. col. 2. Cyn. in l. licet.* C. *qui potior.* Iacob. *de Aren. & Bart. in l. si is qui. ff. de iure fisc. Alberic. in l. fin. C. qua res pign. oblig. poss. Negus. de pign. part. 2. memb. 4. nu. 102. Gayt. de Credit. cap. 4. n. 1602.* alios ref. *Merlin. de pignorib. lib. 3. tit. 2. q. 69.*

Probatur prior hæc opinio, quia valet arguere à casu speciali ad regulam, vt ex traditis per *Euerard. in topyc. legal. loc.* 68. at qui speciale est, vt mulier habens hypothecam pręferatur etiã habentibus expressam anteriorem in rebus datis in dotem. *d. l. in rebus.* 30. C. *de iure dot.* ergò in alijs bonis mariti non præfertur omnibus, & ità arguit B*arbos. d. l. 1. ff. solut. matrim. part. 6. num. 7.*

Affirmatiuam autem opinionem sequuntur in ead. *l. assiduis. Iacob. Butr. & Salyc. Nouell. de dot. part. 9. priuileg. 1. Rip. in l. priuilegia. nu. 31. ff. de priuileg. credit. Pontan. in d. l. 1. nu* 4. *Soccin. nu. 8. Crot. nu. 72. ff. solut. matr.* Rodriq. *de priuileg. credit. par. 2. artic. 2. nu. 5. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 26. nu. 23. Troysius super pragmat. Regn. assistentiam. Maxill. ad Consuet. Bar. tit. de iure dot. §. dotis causam. num. 4. Pereg. de iure fisc. lib. 6. tit. 6. nu. 17. Greg. Lopez leg. 35. Taur part. 5. tit. 13. Guttier. ad. ll. Regn. part. 3.*

Y *quæst.*

quæst.99.nu.18. D.Io.Francis.de Pont.consf.80.Felician. de sol.tit.de Censib. to. 2.lib. 3. cap.50. nu. 18. & Cancer. variar. resolut. tom.1.cap.9. num.2.

Hęc enim secunda opinio suadetur ex *tex. in d. l. si is qui.28.ff.de iure fisc.* vbi fiscus præferendus est creditoribus habentibus anteriorem expressam in bonis per debitorem quæsitis post cõtractum per ipsum gestum, sed dos, & fiscus pari passu procedunt, imò est maior ratio in dote, quam in fisco, vt diximus; ergò sicuti fiscus, ità etiam dos præfertur creditoribus in bonis posteà quæsitis, etiam si ij anteriorem habeant hypothecam expressam.

28 Pro concordia dicas, quod aut loquimur, quando mulier agit super rebus datis à se ipsa in dotem æstimatis, & tunc marito effecto non soluendo, præfertur in ijs bonis proprijs postmodum per virũ quæsitis, iuxtà *tex. in d.l.in rebus.*30.aut in alijs bonis non à se ipsa datis, & non præfertur, idq; nè multiplicentur priuilegia etiam in fauorem dotis, *gl. in l. 1. C.de dot.promiss.& in d.l.1. ff.solut.matr. Visitar in.n.17. Bolognett. nu. 219. Oldrad. consf.79.Surd.decis.96.nu.4. Gizzarell.d.decis.1.Reg.Cõstant.in l.1.nu.21. C.de iure fisc.lib.10.& D.Reg. de Marin. quotid.resol.lib.1. resol. 72.nu.9.*

29 Quarta cõclusio est, quod hypotheca tacita pro dote præfertur expressæ posteriori creditoris priuati. *Bald. Angel. Soccin. in d.l.assiduis. Dyn.in d.reg. qui prior in 6. nu. 12.* vbi *Nicolaus Boer. in addit.Alex.in consf.58. nu.5. lib.7.Neguf. d. memb.4. nu. 97. Couarruu. variar. resol. lib.1.cap.7.concl.4.*

30 Quinta, & vltima conclusio est secundum aliquos, quod mulier habens pro dote expressam hypothecam posteriorem præfertur creditori habẽti expressam hypo-

po-

pothecam anteriorem, ità *Angel.in d.§.his consequens. Nonell.de dot.par.10.nu.36. Soccin. Iun.in l.1. ff. sol.matrim. num.242.Barbos.part. 6.num. 16.* & ità seruari ref. *Mynsing. centur. 4. obseru. 13.*

Sed contrarium verius esse fatetur *O not. hic sub nu. 59.* & idem tenent etiã *Couarruu.d.cap.7.n.1.Cappell. Tholos.decis.118. Fontanell. de pact. nuptial. tom.2. gl.2. part.3.nu.2. Castill. controu. iur.tom.3.cap.40.Gizzarell. d.decis. 1. Gayt. cap. 4. num. 1621.* & alij penes *Merlin. de pignorib.lib.3.tit.2. q.67. num.5.* ex regula qui prior, à qua non reperitur exceptus casus iste, vt expressa posterior hypotheca dotis prȩferatur anteriori expressȩ, prȩtereà *tex.in d. l. assiduis.* loquitur de tacita hypotheca, & dum continet decisionem cõtrà regulas iuris communis etiam à maioritate rationis, non potest extendi de illo casu ad alium casum non expressũ, *gl.& DD. in auth. quas actiones.* C. *de sacros. Eccles.*

Rerum Summa.

1 *Matrimonium putatiuum, & dos putatiua quando dicantur?*

2 *Dos putatiua num gaudeat vera dotis priuilegijs? & nu. 6. 10.*

3 *Actio rerum amotarum non datur vbi vxor putatiua furto subtraxit viro suo.*

4 *Maritus putatiuus non habet beneficium, nè teneatur, nisi in quantum facere possit.*

5 *Tex. in l.si cum dotem.23. §. fin.ff.solut.matrim.dilucidatur.*

7 *Titulus dotis putatiua sufficiens est ad vsucapiendum.*

8 *Priuilegia tacita stipulationis, & tacita hypotheca non competunt doti putatiua.*

9 *Filij nati ex matrimonio putatiuo nascuntur legitimi.*

11 *Maritus putatiuus non lucratur omnes fructus.*

12 *Maritus putatiuus non habet*

bet dilationem ad restituenda bona mobilia in dotem data.

13 *Donatio facta vxori putatiua non confirmatur morte mariti donantis.*

14 *Dos putatiua gaudet priuilegijs vera dotis, si de eius fauore agatur, & impedimentum ab vltimo coniuge fuerit ignoratum.*

QVÆSTIO QVINTA.

An dos putatiua gaudeat priuilegijs vera dotis?

1 ET ad euidentiam prænota dotem putatiuam eam dici, quæ in matrimonio putatiuo constituitur, matrimonium verò putatiuum dicitur, quando errore, vel impedimento aliquo intercedēte initum fuit, secundum *Fachin. controu. iur. lib.* 10. *cap.* 30. *in princip.*

2 Istis ità præmissis ad quæstionem sunt, qui negatiuè respondent *Soccin. Iun. in rubric. ff. solut. matr. nu.* 84. *& Mart. ibid. q.* 11. *nu.* 29. *& seqq.* dicit hanc esse pro-

3 babiliorem opinionem. Pro qua stringit primò, quod si vxor putatiua res mariti furto subtraxerit, non competit actio rerum amotarum, quæ in honorem matrimonij conceditur in locū actionis furti, quemadmodum, si vera vxor furetur, sed competit actio furti, *l. si concubina.* 17. *ff. de act. rer. amotar.* igitur mulieri putatiuæ non conceduntur ea priuilegia, quæ competunt veræ mulieri.

3 Respondetur primò ibi nō agi de fauore dotis. Secundò vel quod ibi matrimoniū cōtrà legum interdicta sciēter cōtractum fuit, uel quod ibi si ignorantia existat, dicitur ignorantia iuris, quæ nō excusat, idq; tradit *Menoch. de præsumptionib. lib.* 6. *præsumpt.* 23. *nu.* 11.

4 Secundò facit *tex. in cap.* 1. *& in cap. de pruden. ia. ex. de donation. inter. vir. & vxor.* ubi priuilegium illud ma-

marito concessum, nè ad restitutionem dotis teneatur, nisi in quantum facere possit positum in *l. maritum*. 13. *ff. solut. matr.* non conceditur marito putatiuo: ergò dos putatiua differt à dote uera quoad priuilegia.

Respondetur textum illum intelligi fauore mariti, secus autem fauore mulieris, æquum enim est eam ad priuilegium admitti, ut ætate permittente nubere possit, ut sup. diximus ex *l. 3. ff. de priuileg. credit.* & hęc ratio non urget in uiro.

5 Tertiò facit *tex. in l. si cum dotem* 23. *§. fin. in fin. ff solut. matrim.* ibi, *quasi & hæ dotales sint*, loquitur enim de rebus datis in dotem ab uxore putatiua: igitur dos putatiua est quasi dos, & sic impropria, cum dictio quasi denotet improprietatem *l. item Mela*. 11. *§. Cęlsus. & §. quamuis. ff. ad leg. aquil.* cum similibus allegatis per *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 27. nu. 50.*

Respondetur, quod dictio quasi sępè sępius est ueritatis, aut proprietatis expressiua, *l. 1. ff. de transact. Rip.* cum alijs per eum adductis in *l. si ità nu. 6. ff. delegat.* 1. tantò magis, quod hic intellectus conuenit *d. l. si cum dotem*. 23. *§. fin.* Vbi probatur, quod sicuti mulier in uera dote præfertur cęteris creditoribus, ità & in dote putatiua idem priuilegium mulieri conceditur.

6 Affirmatiuam uerò opinionem probant *Cret. in d. rubric. ff. solut. matrim. nu. 7. Anibal. nu. 317. Barbos. d. l. si cum dotem. §. fin. num. 3. 4.* Campeg. *de dot. q. 97. Nouell. part. 11. §. hactenus. Tiraquell. ad leg. Connubial. gl. 8. num. 235. & seqq. Fachin. d. lib. 10. cap. 30.* Anton. *Gomes. in l. Taur. 50. n. 56. Thesaur. quæst. forens. lib. 2. q. 34. Card. Mātic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 19. n. 20.* alios ref. *Merlin. de pignorib. lib. 3. tit. 2. q. 69.*

Eam probāt primò ex *l. 2.*

§. fin.

§.fin.ff.de priuileg.credit.l.si sponsa.74.ff. de iure dot. ex quibus colligitur dotem putatiuam esse verè, & propriè dotem.

Sed respondetur, quod iura præfata loquuntur de dote data à sponsa sponso, quæ dos nec potest dici vera, nec putatiua, cum sine matrimonio dos nulla sit, *l. 3.ff.de iure dot.*

7 Secundò facit *tex.in l.Proculus.67.ff. de iure dot.* vbi agitur de matrimonio putatiuo, nimirum de illo celebrato inter hominem liberũ & ancillam, inter quos matrimonium nullum est, & putatiuum, *l.cum ancillis. 3. C.de Incest. nupt. l. dote.62. ff. de rit. nuptiar.* & tamen titulus dotæ ibi datæ sufficiens est ad vsucapiendum, sicuti & titulus veræ dotis est etiã habilis ad vsucapionem causandam, si res aliena daretur in dotem: ergò dos vera, & dos putatiua parem habent effectum.

Respondetur vsucapionẽ ibi procedere secundum regulas iuris communis, quia dum ibi interuenit bona fides, & iustus titulus, rectè procedit vsucapio, & hoc non est priuilegium.

8 Tertiò adducitur, quod priuilegia veræ doti ea ratione tribuuntur, hoc est propter publicam vtilitatem iuxtà tradita in *l. 1.ff. solut. matrim.* ergò debent concedi etiam doti putatiuæ, dum ead. publica vtilitas est in ea, quæ consideratur in dote vera.

Respondetur, quod si argumentum verum esset, cõpeteret doti putatiuæ priuilegium fictæ stipulationis, & tamen hoc falsum est, dum non actio ex stipulatu competit, sed condictio ob causam, *l. 1. C. de condict. ob caus.*

9 Probatur ultimò nàm filij nati ex matrimonio putatiuo dicuntur legitimi, *cap.penult. ex. qui fil.sine legit.* ergò dos putatiua est idem ac dos uera.

Re-

Respondetur illud esse fauore prolis, & legitimationis.

10 His positis pro utraq; sententia, & reiectis distinguẽdum est pro componendo dissidio, aut agitur de fauore alterius, quam dotis, putà mariti, aut de fauore dotis. Primo casu priuilegia concessa doti ueræ non prorogãtur ad dotem putatiuam, ut referunt *Campeg. de dot. part.1. q.97. Neguſ. de pign. part.2. memb.4. n.106. Barboſ. d.l. ſi cum dotem. nu.18. & in rubric ff. ſolut. matrim. Pariſ. num. 24. Soccin. Iun. n.24. Ruin. n. 149. Fachin. ubi ſup.*

11 Ex quo infertur primò, quod maritus putatiuus quo ad fructus lucrandos distinguitur à marito uero, hic enim õnes lucratur fructus, etiam si ij matrimonij onera excederent, hic uerò non, sed tãtum habetur instar bonæfidei possessoris, *l. inſulam.43. §. fin. ff. ſolut. matr. Bald. Nouell. d. part. 1. §. hactenus. nu. 32. Tiraquell. d. gl.8. n.236. Phanuc. de lucr. dot. gl.3. num.20. Anton. Gomes. d.l.50. Thaur. nu.50.*

12 Secundò infertur, quòd maritus putatiuus nõ habet illius anni spacium, quod lex concessit marito uero ad bona mobilia in dotem data restituenda, ut sup. diximus *part.1. q.3.* sed illicò dotem omnem restituere tenetur, *gl. in d. l. unic. §. exactio. C. de rei uxor. act. cap.1. ex. de donation. inter vir. & ux. Nouell. d. §. hactenus. nu.27. Tiraquell. d. gl. 8. nu. 139.*

13 Tertiò infertur, quod licet alias donatio inter uirum, & uxorem donantis morte confirmetur, *l. cum hic.33. §. ſi quis ſponſus. ff. de donation. inter vir. & ux.* non tamen hoc procedit, si donatio sit facta coniugi putatiuo, quia nec confirmabitur morte donantis. *Bald. in l. eamquam. C. de fideicõmiſſ. Couarruu. de ſponſal. part. 2. cap.7. §.1. num.8. Tiraquell. loco cit. nu.249. Coſt. in cap. ſi pa-*

si pater. part. 1. verbo uxorem. nu. 16. de testam. in 6.

14 Altero casu subdistinguẽdum erit, quod uel impedimentum matrimonij fuit ignoratum saltem ab altero coniuge, & tunc dos putatiua gaudet. *Barbos. ubi sup. n.* 4. & ità debet intelligi *D. Consil. Arias de Mes. variar. resol. lib. 3. cap. 22.*

Hinc infertur primò mulierem in repetẽda dote putatiua cæteris creditoribus præferri, *d. l. 3. ff. de priuileg. credit.* quia cum agatur de exactione dotis putatiuæ, & hoc priuilegium concessum sit exactioni ueræ dotis, *l. unic. C. de priuileg. dot.* meritò competit quoque dotis putatiuæ exactioni, de qua re *Bald. Nouell. part. 11. §. hactenus. nu. 2.*

Infertur secundò, quod sicuti bona uerè dotalia non possunt alienari etiam consentiente uxore, ut diximus sup. ità neq; bona dotis putatiuę alienari queunt, nàm hoc ad dotis cõseruationem tendit, *gl. in l. dotale. ff. de fund. dotal. Alex. d. l. si cum dotem. §. fin. nu. 3. Nouell. d. §. hactenus. nu. 11. & Tiraquell. d. gl. 8. nu. 156.*

Infertur tertiò, & ultimò, quod sicuti dominium dotis ueræ ipso iure in mulierem transfertur, siuè citius administratio soluto matrimonio, *l. in rebus. 30. C. de iure dot.* ità etiam dominium dotis putatiuæ. *Barbos. d. l. si cum dotem. §. fin nu. 8.*

Vel postremò impedimẽtum erat notum coniugi, & iste in exigenda dote non habebit priuilegia uerę dotis, nè alias ex malicia sua commodum reportaret contrà regul. *tex. in l. siue hereditaria. 23. ff. de negot. gest.* nec lex solet dolosis suũ impertire fauorem, *l. fœminis 16. C. ad S.C. Velleian.*

Rerum Summa.

1 *Dos promissa tantum dicitur simpliciter, & uerè dos.*

2 *Dos est ius uniuersale aptum con-*

consistere in solis actionibus.

3 *Dotis nomen generale est tam ad dotem traditam, quam promissam.*

4 *Dos promissa tantum confertur.*

5 *Dos promissa priuilegia vera dotis habet.*

6 *Statutũ loquens de dote verificatur in dote promissa, secus si mentionem faceret de dote data.*

7 *Dos promissa tantum & si actu non deseruiat oneribus matrimonij, tamen deseruit potentia.*

8 *Tex. in l. 1. C. de dot. caut. nonnum. explicatur.*

9 *Dos an sit dicta à datione?*

10 *Mulier ex sola promissione dotis num dicatur dotata?*

11 *Fundus non potest dici dotalis antè traditionem.*

12 *Dos promissa non dicitur dos respectu antephati.*

13 *Promissio constituendi dotem per verba futuri temporis facta numquid habeat eosdem effectus, ac vera dotis constitutio? remissiuè.*

QVÆSTIO SEXTA.

Vtrum dos promissa tantum sit verè dos?

1 RESpondetur affirmatiuè, & hęc opinio verissima est, de cuius veritate testantur in *d. rub. ff. solut. matrim. Aretin. nu. 13. Niconis. nu. 150. Rip. nu. 58. Bologn. n. 154. Vincent. Salniol. nu. 69, Bald. in l. fin. C. de dot. promiss. Andr. de Iser. in cap. 1. de Natur. success. feud. in vsib. feud. Capyc. decis. 176. Dec. in cons. 35. Grãmatic. decis. 103. nu. 18. Affl. & Vrsill. in decis. 61. nu. 3. Vaconius declarat. iur. lib. 6. cap. 93. Rol. de lucr. dot. q. 5. nu. 12. Viu. commun. opin. lib. 2. opin. 96. Molfes. ad Consuetud. part. 6. tit. de iure dot. q. 2. num 11. Ricc. Collectan. decis. 804. part. 4. & Ioseph. Ludouic. decis. perusin. 99. part. 2.*

Quæ responsio probatur primò, si quidem illud est pro-

propriè tale, quod est simpliciter tale, *l. quia tale* 14. *ff solut. matrim.* sed dos promissa tantum simpliciter appellatur dos, *l. de diuisione.* 5. *ff. eit. tit. l. Theopompus.* 15. *ff. de dot. prælegat. l.* 2. *§. fin. ff. de priuil. credit. l. nuptura.* 58. *l. si mulier.* 61. *l. siue generalis.* 62. *l. cum post.* 70. *§. patronus. ff. de iure dot. l. ex morte.* 9. *C. de pact. conuent. l. fin. C. solut. matrimon. l. si mulier.* 21. *§. si dos. ff. quod met. Caus. l. vnic. §. accedit. C. de rei vxor. act. §. dotes. auth. de nupt.* ergò dicitur verè, & propriè dos, nec est verisimile dotem promissam toties appellari dotem, & semper impropriè.

Sed dices cum *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 12. *tit.* 4. ideò dotem promissam dici dotem habito respectu, quia est futura dos, & habetur, ac si esset soluta, *l. si prior.* 33. *ff. solut. matrim.*

Quod *Mantic.* dictum nil officit, imò est contrà eum, quia si ratione destinationis habetur, ac si esset dos, igitur debet habere priuilegia verę dotis.

2 Secundò probatur; nàm dos est ius vniuersale aptum consistere in solis actionibus, *l. cum post.* 44. *§.* 1. *ff. de administrat. tutor.* vndè ex promissione dotis acquiritur obligatio, & actio marito, *l. ad exactionem.* 6. *C. de dot. promiss. l. vnic. §.* 1. *C. de rei vxor. act.*

3 Tertiò nàm cuique speciei genus dicitur propriè inesse, *l. si quid earum* 45. *§. inter emptum. ff. de leg.* 3. *l. semper in generalibus.* 190. *ff. de reg. iur.* tradit *Vacon. declarat. iur. d. lib.* 6. *cap.* 93. *nu.* 8. sed dotis nomen generale est competens tum doti traditę, tum quoq; doti promissę, *tot. tit. C. de dot. promiss.* ergò sicuti dos tradita est verè dos, ità, & dos promissa.

4 Quartò nàm dos promissa confertur, *l.* 1. *§.* 1. *ff. de collation. dot. l.* 2. *C. de Collation.* ergò nō est minus propriè dos, quā si tradita esset.

Quin-

5 Quintò nisi dos promissa tantum foret verè dos, priuilegio prælationis, & tacitæ hypothecæ haud potiretur, subsequens hoc est falsum, ut ex *l. vbi adhuc. 29. C. de iure dot. & d. l. assiduis. 12. Surd. decis. 287. nu. 2.* ergò & antecedens.

6 Ex his fit, quod statutum loquens de dote locum etiam habet in dote promissa. *Boer. decis. 22. nu. 7. Magon. decis. Floret. 86. Gayll. pract. lib. 2. obseru. 79.* & ref. *Ricc. d. collectan. decis. 804.* & tamẽ statutũ verè, & strictè intelligi debet. *DD. in l. quidquid. ff. de verbor. obligation.*

Nisi statutum expressè de dote data mentionem faceret, quia tunc non habet locum in dote promissa. *Bart. in l. iubemus. §. sanè. nu. 7. C. de Sacros. Eccles. Roland. de lucr. dot. q. 6. Ossasc. decis. 21. Gayll. d. obseruat. 79. num. 2. Fachineus d. lib. 10. cap. 26.*

Quod vltimum fallit, si extaret communis vsus loquendi, quod dos promissa intelligatur dos data. *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 2. tit. 5. n. 9.* aut si qui soluere debebat dotem, fuit in mora soluendi dotem, nàm etiam statutum locum habebit in dote promissa, quia cum steterit per promissorem, quò minus dos solueretur, quoad eius præiudicium pro soluta habebitur, *l. labeo scribit. 21. ff. de Contrah. empt. l. iure ciuili. 24. ff. de Condit. & demõstration. l. in exequutione. 85. §. fin. ff. de verb. obligat.* refert *Pappon. in libr. placit. Cur. lib. 15. tit. 4. arrest. 13.*

Sed respondeamus argumentis, quæ pro contraria afferũtur opinione, & quam tenent *Soccin. Iun. & alij in rubr. ff. solut. matrim.* eos etiam ref. & sequitur *Barbos. ibid. par. 4. nu. 2. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 4. D. Capon. in ead. rubric. q. 5.*

7 Adducunt primò, quod dos promissa tantum, & non tradita non deseruit oneribus matrimonij, *l. cum pater. 11. ff. de pact. dotalib.*

talib. sed nulla dos est, quæ non deseruit oneribus matrimonij, *l. si pater mulieris. 79. in fin. ff. de iure dot.* ergò dos promissa non est dos.

Respondetur disting. maior. non deseruit oneribus matrimonij actu, & conced. potentia, & neg: etenim dos promissa est apta seruire oneribus matrimonij, veluti si maritus inceperit onera matrimonij sustinere, & mulier in mora constituitur, tunc tenebitur ad fructus, quos ex re promissa percepit, & ad vsuras retardatę dotis, *l. si curabit. 5. C. de actionib. empt. l. Iulianus. 14. §. ex vendito.* & ibi DD. *ff. cit. tit. l. fin. §. prætereà. C. de iure dot. cap. salubriter. ex. de vsur. Ruin. in rubric. ff. solut. matrim. nu. 164.*

8 Afferunt secundò, quod numeratio, non autem scriptura instrumenti dotalis facit dotem, *l. 1. ff. de dot. caut. nonnumerat.* ergò dos si à promissione incipiat, non est dos.

Respondetur textum illum loqui quoad effectum repetitionis dotis, & re vera non potest mulier dotem repetere, quam non tradidit, quamobrem si maritus confessus fuerit eam recepisse, habebit exceptionem non numeratę pecunię, idq; patet ex verbis eiusdem tex. *& ideò non ignoras ità demum te ad dotis petitionem admitti posse, si dotem à te datam probatura es*, sed non proptereà fit, quin respectu mariti dos promissa sit verè, & propriè dos.

9 Probant tertiò ex verbi etymologia, quod dos dicta sit à datione, sicuti donatio quasi doni datio, *l. Senatus. 35. §. 1. ff. de donat. caus. mort. Bart. in l. iurisgentium. in fin. ff. de pact.* ergò sicuti vbi non est doni datio, ibi non est donatio, ità vbi non est datio, ibi non est dos.

Respondetur primò secundum *Varron. de lingu. latin.* quod dos potius sit verbum græcum, quam quod à datio-

datione denominetur. Secũdò non semper valere argumentum ab etymologia verbi, nec propterea, quod ille appellatur Bonifacius, ergò est bonus.

10 Mouentur quartò, quia mulier ex sola promissione dotis non dicitur esse dotata, sed postquam dos marito soluta est, *l. Titio centum.* 70. *§. Titio genero. ff. de Condit. & demonstrat.* ibi, *hoc enim mulieris interest, vt incipiat esse dotata*, ergò dos promissa non est dos.

Respondeo verum esse, quod mulier dicatur esse dotata, postquam dos marito est soluta, falsum verò inferri ex eo, quod mulier, cui dos promissa fuit tantum, nõ possit dici dotata.

11 Arguunt secundò, & vltimò, nàm fundus non potest dici dotalis antè traditionem, *l. dotale.* 13. *§. dotale. ff. de fund. dotal. l. de diuisione.* 5. *in fin. ff. solut. matr.* ergò antè traditionem non dicetur dos ex sola promissione.

Respondetur dotem esse quid vniuersale, idcircò & si res dotales non possint dici dotales antè traditionẽ, dos tamen ipsa poterit dici dos antè traditionem.

12 Limitatur nostra conclusio, vt dos promissa non dicatur dos respectu antephati, si quidem, nisi dos soluta fuerit, nihil antephati debebitur, si integra dos soluta fuerit, integrum quoque lucrabitur mulier antephatum, si denique dos pro parte soluta fuerit, pro ea parte mulier antephatum lucrabitur, pro qua dotem soluit, *§. hoc igitur iuncta gl. auth. de æqual. dot. §. illud quoq;* vbi *DD. auth. de non eligend. secundò nubent, auth. dos data. C. de donat. antenupt. Angel. hic n.* 12. *Guid. Pap. decis.* 430. *Affl. decis.* 242. *Grammatic. decis.* 97. *Surd. de aliment. tit.* 1. *q.* 42 *num.* 56. *& tit.* 8. *q.* 17. *nu.* 35. Ricc *Collectan. decis.* 804.

13 Numquid autem promissio constituendi dotem per ver-

verba futuri temporis facta eosdem habeat effectus, ac vera dotis constitutio? vide egregiè *D. Capon. in l. 1. q. 7. ff. solut. matrim. nu. 48. & seqq.*

Rerum Summa.

1 *Dos confessata per virum priuilegia vera dotis habet, quoties illa confessio facta fuit à viro constante matrimonio, & precesseris dotis promissio.*

2 *Tex. in l. 1. §. in contractib. C. de non numer. pecun. explicatur.*

3 *Tex. in l. fin. C. de nonnum. pecun. soluitur.*

4 *Tex. in Nouell. 100. tit. de tempor. non solut. pecun. nouũ introducit remedium circà dotem confessatam.*

5 *Creditores & si contrà dotem confessatam nõ possit aliquãdo nonnumeratæ pecuniæ exceptionẽ opponere, poterũt nihilominus de confessione facta in fraudem opponere.*

6 *Confessio dotis receptæ verisimilis est.*

7 *Confessio dotis recepta per virum facta constante matrimonio non habet priuilegia dotis, neq; creditoribus præiudicat, quando non precessit dotis promissio.*

8 *Confessio dotis recepta facta constãte matrimonio, & nulla precedente dotis promissione censetur facta sub spe futuræ numerationis, & non animo donandi. & nu. 9.*

10 *Confessio receptæ dotis præiudicat marito, hæredibus, & creditoribus, quando sunt lapsa tempora exceptionem opponendi.*

11 *Confessio dotis iurata facta per virum expressè animo donandi valet.*

12 *Donatio inter vir. & uxorem iuramento confirmatur.*

13 *Dotis receptæ confessio per virum facta cum iuramento assertorio, quod singula sint vera, non valet.*

14 *Mariti confessio de dote recepta facta in testamento nõ probat debitum, nisi iuramento vallata sit.*

Testa-

15 *Testatoris confessio de dote recepta vnà cum verbis dispositiuis valet in vim legati,& fideicommissi.*

16 *Confessio facta in testamẽto de dote recepta, qua valet in vim legati potest à confitente reuocari ad libitum vsq;ad mortem.*

17 *Testamento reuocato censetur reuocata illa confessio, qua ibi facta in vim legati valet.*

QVÆSTIO SEPTIMA.

De Dote confessata, & eius Priuilegijs.

TRes sunt casus hic discutiendi, qui garruli ceù riui conspicuum percurrunt in huius quęstionis am-
1 nem, & primus est, quando dotis precedit promissio, ac mariti de eadem dote sibi soluta sequitur confessio,tũc dos confessata priuilegiata est, vt non solum probet cõtrà maritum, sed etiam aduersus eius creditores, quibus omnibus mulier pro dote confessata præfertur, siuè sint ij posteriores, siuè anteriores, ità *Francisc. Rip. in l. famina. C. de secund. nupt. num.* 47. *Couarrun. variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 7. *nu* 6. *Gabriel.commun. conclus. lib.* 3. *tit. de iure dot. concl.* 4. *Affl. & Vrsill. decis.* 402. *Surd. cons.* 117. *nu.* 25. *lib.* 1. *Cappell.Tholos. decis.* 340. *nu.* 2. *in addition. Rot. Roman. apud Seraphin.decis.* 795. *Menoch. de præsumption. lib.* 3. *præsumpt.* 12. *num.* 53. *Rot. Auenionens. penes* Laurent. *decis.* 25. *Valasc.consult.* 15. *nu.* 11. *Rot. Roman. apud Farinacc. decis.* 124. *nu. vlt. Marescott. variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 13. *Pachin.controu.iur. lib* 8. *cap.* 81. *Magon. decis. Rot. Florent.* 68. *nu.* 10. *Pacific. de Salu. interd. decis.* 36. *nu.* 4. ref. *Capon. in l.* 1. *q.* 7. *num.* 6. *ff. solut. matrim.*

2 Et assumptum huius primi casus probatur in *l. in contractibus.* 14. §. 1. *C. de nonnumer. pecun.* ibi, *illis etiam securi-*

curitatibus, quæ post confessionem dotalium instrumentorum de soluta dote ex parte, vel in solidum exponuntur nullā exceptionem nonnumeratæ pecuniæ penitus opponi, ecce quod præsumitur dos numerata, quotiescunq; precedunt instrumenta dotalia, siuè dotis promissiones; deindè sequuntur securitates, vel instrumenta receptæ dotis.

3 Obijcies primò ex *l. fin. C. cit. tit. de nonnum. pecun.* vbi maritus confessus fuit se dotem recepisse, ac etiam de dotis promissione ibi fit mētio, & tamen non competit exceptio nonnumeratę pecuniç.

Respondetur ibi dotis promissionem factā fuisse post confessionem, qui est diuersissimus casus à nostro, vbi præcedit promissio, & sequitur confessio.

4 Obijcies secūdò ex *Nouell. Iustin. cit. tit. de tempor. non solut. pecun. super dot.* vbi in tantum dos confessata præindicat viro, & eius hæredibus, in quantum est lapsum decennium à die confessionis factæ.

Respondetur decennale tempus opponi, vt dos confessata sit verè dos, prout etiam operatur confessio facta de illius receptione post præcedētem promissionem, nec vnum remedium est alteri impedimento.

5 Aduertendo, quod licèt creditores non possint opponere cōtrà mulierem nōnumeratæ pecuniæ exceptionem, vel donationis præsumptionem, poterunt tamen allegare confessionem illam in eorum fraudem factam fuisse. *Affl. & Vrsill. d. decis. 402. Surd. decis. 116. n. 9. Bald. Nouell. de dot. part. 10. limitat. 7. vers. 50.* nec sufficit opponere, verum de-

6 bent eam probare, tum quia confessio dotis receptæ verisimilis est ex *tex. in cap. inspicitur. de regul. iur. in 6. Gratian. discept. forens. cap. 362. n. 22. Barbos. d. l. 1. part. 6. nu.*

6.nu. 39. tum etiam, quia fraus tamquam delictum in dubio non præsumitur, *l. quoties. 18. §. qui dolo. ff. de probation. l. merito. 51. ff. pro soc. Mascard. de probation. conclus.* 814. *Menoch. de presumption. lib. 4. præsumpt. 3. Surd. decis. 299. num. 8. Giurb. decis. Sicil. 158. n. 11.*

7 Secundus casus est, quãdo fuit facta confessio dotis receptæ per maritum constante matrimonio, nec præcessit promissio dotis, & tunc eiusdem dotis singularis non habetur quidem ratio, vt scilicèt pro illa præferri mulier debeat, vel creditoribus, & mariti hæredibus prejudicare. *Hieron. Gabriel. cõs. 103. num. 20. lib. 2.* ità iudic. ref. *Caputaquens. decis. 12. par. 1. Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. claus. 4. gl. vnic. nu. 61. D. Capon. vbi sup. nu. 13.*

8 Cuius dicti ratio est, quoniam confessio illa censetur facta sub spe futuræ numerationis, vt patet ex *d. l. fin. C. de dot. caut. nonnum.* & latè de hac re *Pachin. controu. iur. lib. 8. cap. 86.* idcircò rescindi potest ope exceptionis nonnumeratæ dotis, ex traditis in *§. vnic. sup. de litter. obligat.*

9 Ex quibus apparet primò non esse veram illam communem DD. sententiam, quod huiusmodi confessio ideò non valeat, quia præsumitur facta animo donandi, & donatio inter virum, & vxorem est prohibita *tot. tit. ff. & C. de donat. inter vir. & vxor.* ità concludebant *Mãtic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 20. num. 7. Trentacinq. variar. resolut. lib. 3. tit. de iure dot. resolut. 7. num. 28. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 14. gl. vnic. num. 66.* & alij relati per *D. Capon. ibid. sub nu. 14.* nàm si præsumeretur confessio facta animo donandi, vtique præsumeretur etiam in dubio donatio contrà *tex. in l. cum de indebito. 25. ff. de probation.* & alia relata per *Afflict. decis. 80. sub num. 4.* ac præsu-

meretur facta in fraudem legum prohibentium donationem, quæ tamen fraus ex supra traditis, nec etiam est præsumenda.

10 Deducitur secundò, quod post lapsa tempora opponendi exceptionem nonnumeratæ dotis confessio dotis receptæ præiudicat viro, & eius hæredibus, vt in *d. Nouell.* 100. ibi, *palam est voluisse, maritum scilicèt, vel si non accepit dotem, omninò etiam, aut suos reddere hæredes;* Couarruu. *variar. resol. lib.* 1. *cap.* 7. *nu.* 5. *in fin. Menoch. dict. lib.* 3. *præsumpt.* 12. *num.* 75. *Fachin. d. lib.* 8. *cap.* 82. etiamq; creditoribus viri. *Bart. in l. assiduis. nu.* 11. *C. qui pot. in pignori. habean.* Rol. *cons.* 20. *vol.* 4. *Gayll. practic. obseruat. lib.* 2. *obseruat* 81. *num.* 10. *Id. Fachin. ubi sup. cap.* 86.

11 Infertur tertiò valere confessionem factam per virum constante matrimonio, ad hoc vt dos confessata sit priuilegiata, si illa confessio fit expressè facta animo donandi, & insuper iurata. *Bald. Nouell. de dot. par.* 10. *nu.* 10. *Crauett. consil.* 81. *nu.* 3. *Io. Lup. ad rubric. de donation. inter vir. & uxor.* §. *si,* alios ref. *Gabriel. tit. de donation. conclus.* 5. *Seraphin. de priuil. iuram. priuileg.* 71. *num.* 53.

12 *Fachin. lib.* 8. *cap.* 67. Nàm & alias donatio inter virum, & uxorem à iure prohibita cõfirmatur iuramento. *Bart. in l. Seius, & Augerius ff. de verb. obligat. Soccin. Sen. cõs.* 77. *vol.* 1. nonnullos ref. *Gabriel. d. tit. de donation. conclus.* 3. *Clar.* §. *donatio. q.* 9. *Gayll. practic. obseru. lib.* 3.

13 *cap.* 11. At si uir constante matrimonio fateatur, se dotem recepisse, & id uerum esse cum iuramẽto affirmat, quod dicitur iuramentum assertorium, hæc confessio non uallatur iuramento, ac per consequens licitum est marito, uel eius hæredibus illam infringere, ità multos allegat *Id. Gabriel. d. lib.* 3. *tit. de donation. conclus.* 3. *Couarrun.*

narrat. variar. resol. lib. 1. cap. 7. sub nu. 4. Menoch: lib. 3. præsumpt. 12. nu. 48. Clar. d. q. 9. Fachin. d. lib. 8. cap. 78. nàm iuramentum debet continere ueritatem. cap. & si Christus. ex. de iure iur. & hæc est disparitas inter hoc iuramẽtum, & primum promissorium suprà allatum, nã hoc assertorium addit periurio mendacium confessionis, primum uerò uult corroborare præsumptam donationem.

14 Tertius casus est, quod si maritus confessus fuerit se dotem recepisse, & eam cõfessionem non inter uiuos emiserit, sed in testamento, nullum per hanc confessionem creditoribus præiudicium fiet, nullumque aduersus eos priuilegium dos habebit, ut tenent DD. relati per Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 2. nu. 22. iudicatum refert Surd. decis. 285. D. Reg. Merlin. controu. forens. lib. 1. cap. 85. D. Capon. d. l. 1. q. 7. nu. 24. ff. solut. matrim. & est ratio, nàm talis confessio nõ probat debitum, nisi tamen iure iur. uallata sit l. cum quis decedens. 35 §. codicillis. ff. de leg. 3. l. rationes 6. cum auth. seq.

15 C. de probation. Sic etiam si testator non steterit in puris terminis confessionis, sed ulterius progrediendo dispositiua quædam uerba adijciat, putà dotem dari uolo, uel lego, talis confessio in uim legati, uel fideicommissi ualebit, ità ex iuribus d. §. Codicillis. in l. Lucius Titius. 99. §. quisquis. ff. de leg. 2. l. Lucius. 91. §. Sempronius. ff. de leg. 3. l. cum scriptum. 7. ff. de dot. praleg. l. qui uxori. 19. ff. de aur. & argent. leg. l. legaui. 26. §. fin. ff. de liberat. legat. l. 3. C. de fals. caus. adiect. legat. l. qui testamentũ. 72. ff. de probation. Angel. in l. generaliter. nu. 9. C. de nonnum. pecun. DD. relati per Phanucc. de Inuentar. par. 7. nu. 119. Bald. Nouell. de dot. part. 6. priuileg. 78. num. 4. Abb: in cap. fin. nu. 16. de succeff.

ces. ab intest. *Seraphin. decis.* 487. *nu.* 1.

16 Ex quibus sequitur, quod cum prædicta confessio in uim ualeat legati, poterit per consequens reuocari à confitente, quousque testamentum per eius mortem confirmatum fuerit, ex quo defuncti supremum iudiciũ usq; ad ultimum uitæ spiritum deambulatorium est. *l.* 4. *ff. de adimend. legat. Bald. in l.* 1. *C. de furt. Mascard. de probationib. conclus.* 359. faciunt tradita per *Guttierez pract. qq. lib.* 3. *q.* 97. *per tot.*

17 *Seraphin. vbi sup. nu.* 2. Et reuocato testamento censetur reuocata talis confessio *Surd. consil.* 169. *Guttierez vbi sup. Seraphin. d. decis.* 487. *num.* 2. *Fontanell. de pact. nuptial. tom.* 2. *claus. fin. gl. vlt. part.* 1. *nu.* 31.

Rerum Summa.

1 *Donatio propter nupt. non gaudet prælationis priuilegio, quod probatur num.* 2. 3. 4.

5 *Dotis, & donationis propter nupt. æquiparatio quomodo procedat?*

6 *Mulier non iuuatur uelleiano, quando pro dote, vel pro donatione propter nupt. intercedit.*

7 *Dotis, & donationis propter nupt. conditio non potest fieri deterior per pactum.*

8 *Prælationis priuilegium locum non habet pro iocalibus, & impensis nuptialibus.*

QVÆSTIO OCTAVA.

Num donatio propter nuptias prælationis priuilegio gaudeat?

1 ET si dos eo prælationis gaudeat priuilegio, de quo nimis abundè hucusque tractatum fuit, idem tamen priuilegium donationi propter nupt. uel antephato minimè concessum fuit, ut colligitur ex *d. l. assiduis.* 12. *& ex d. §. his consequẽs. Barbos. d. l.* 1. *part.* 6. *n.* 16. & alij relati per *D. Capan. ibid. quæst.*

quest. 6. sub num. 7.

2 Patet primò hęc differentia, nàm priuilegia multiplicari non debent, *l. in fraudem. 16. ff. de milit. testam. l. 1. C. de dot. promisfion.* sed nulla lex est, quæ dicat donationem propter nupt. hoc priuilegio potiri. ergò &c.

3 Secundò, quia *tex. in d. l. assiduis. 12.* ait, *hac autem ad dotem tantum sancimus. non autem ad antenuptias donationem*, utitur enim dictione tantum, quę excludit casus dissimiles non expressos, *l. 2. C. de patrib. qui fil. distrax.* sed donatio propter nupt. dissimilis est doti, dum uenit ipsa ex causa lucratiua, & dos uenit ex causa onerosa, ergò priuilegium hoc non est concefsum donationi propter nupt.

4 Tertiò, Imperator in *d. l. assiduis.* ideò non uult priuilegia doti concefsa locum habere in donatione propter nupt. quia non uult priuilegiare mulierem in lucro acquirendo, sed nè damnum patiatur, quamobrem noluit hoc speciale introducere in donatione propter nupt.

5 Dices factā efse inter dotem, & donationem propter nupt. æquiparationem quoad earum priuilegia, *l. ubi adhuc. C. de iure dotium:* ergò prętatio competens doti, & donationi propter nupt. competet.

Respondeo disting. anteced. est facta ęquiparatio quoad priuilegiū tacitę hypothecę, & similia, & conced. quoad hoc pręlationis, & neg. ità *Ias. hic nu. 40.*

6 Hinc sicuti mulier non iuuatur beneficio S. C. Velleiani, si pro alterius puellæ dote fideiusserit, ità etiam si pro donatione ꝑpter nupt. aut antephato intercefserit, ad *tex. in l. fin. C. ad S. C. Velleian. D. de Frā. h. decis. 182.*

7 Item quemadmodum ex pacto dotis conditio deterior fieri nequit ex *tex. in l. Attilicinus. 17. ff. de pact. dotal.* ità etiam conditio antephati non potest deterior reddi

Affl.

Afflict. decision. 154.

8 Preterea præter priuilegiũ prælationis, omnia, quæ de dote tradita sunt, locum sibi quoq; obtinere valebunt in iocalibus, cæterisque præstari cõsuetis tempore nuptiarum, & quemadmodum alienari possunt bona subiecta fideicommisso ob causã dotis, donationisq; propter nupt. ità pro istis impensis, quæ vel de iure, vel de consuetudine fieri solent antè matrimonium, vel in ipso actu matrimonij, sic *Alex. in cons 27. num. 10. vol. 5. Bertrand. cons. 47. nu. 8. vol. 2. in nouiss. Rol. de lucr. dot. q. 50. nu. 5. Salyc. in auth. res quæ. C. commun. de leg. num. 5. Berous cons. 113. nu. 44. in fin. lib. 2. Rol. cons. 19. nu. 8. vol. 4. Peregrin. de fideicommiss. artic. 42. part. 3. nu.* 8. decisum ref. *D. Reg. Sanfelic. in decis. 200. vol. 1.*

Et hęc omnia in eo potissimum fundantur, nàm idem iudicium fit de præambulis ad dotem, quale de ipsa dote *arg. tex. in l. oratio. 16. ff. de sponsal.* vbi Senator prohibitus nuptias contrahere, censetur prohibitus sponsalia, tamquam præparatoria nuptiarum celebrare, sed hæc iocalia, & impensæ sunt præambulæ necessariæ, sine quibus non potest fœstiuitas nuptialis expediri, *l. 1. §. præterea. ff. de tutel. & ration. distract. l. his verbis 100. §. alumno. ff. de legat.* 3. ergò idem iudicium debet esse iocalium, & dotis.

Rerum Summa.

1 *Mulier sola prælationis priuilegio gaudet.*

2 *Maritus non habet prælationis ius.*

3 *Mulier contrà mulierem non habet prælationis priuilegium.*

4 *Prælationis priuilegium num cedi possit? & nu. 5.*

6 *Patri mulieris an competat prælationis priuilegium?*

PARS

PARS QVARTA, Et Vltima.

De Personis, quibus prælatio competit.

1 PRælationis priuilegio sola mulier ad dotem agens potitur, quia priuilegia stricti iuris sunt, ideoque restringenda, & hac ratione attenta priuilegium prædictum personalissimum fore deducitur ex hoc ***tex. & ex l. unic. C. de priuileg. dot. Rip. in l. 2. §. fin. nu. 18. ff. de priuileg. credit.***

2 Hinc fit, quod licet maritus pro dotis consequutione tacitam habeat hypothecã in bonis vxoris, non tamen ius habet prælationis, ità ex ***tex. nostro Ia. Fab. nu. 6. Plat. nu. 4. Ias. nu. 119. Oinot. nu.***

3 ***72.*** Immò nec ipsi mulieri contrà alterã mulierem prælatio competit, verum prior in tempore potior erit in iure, nisi ex rebus secũdæ vxoris in dotem datis aliquid superesset; quoniam in eo, quod superest, secunda vxor præferri debebit priori, ***d. l. assiduis. 12. §. exceptis. auth. si quid ex rebus. C. qui potior. in pign. Neguſ. de pign. part. 2. memb. 4. nu. 96.***

4 Succedebat his dubitatio, numquid prælationis priuilegium cedi possit?

Respondetur, quod & si priuilegia doti concessa regulariter in cessionarium transmittantur, putà illud hypothecæ, & fictæ stipulationis. ***Alex. & Bart. in l. post dotem num. 34. ff. solut. matrim.*** tamen prælationis priuilegium cedi non potest, tamquam personalissimum, vt ***in auth. ut exaction. instãt. dot. in princip. §. fin. auth. vt immobil. antenupt. donat. Tiraquell. de retract. consanguinis. §. 26. glo. in num. 81.***

5 Est tamen verum, quod hæc priuilegia ad commodum mulieris cedi possunt, ità vt cessionarius eidem mulieri om-

omne commodum restituere teneatur, & cedentis vxoris nomine experiatur; argum. tex. in l. fideicommisſa. 11. §. interdum. ff. de legat. 3. l. cogi. 16. §. hi qui ſolidũ. ff. ad S.C. Trebbellian. l. cum dotem. 57. ff. ad leg. falcid. Bald. in l. vnic. C. de priuileg. dot. Iaſ. in l. qui ſi pendia in fin. C. de procurator. Gerard. ſingul. 29. Conſil. Arias de Meſ. lib. 1. variar. cap. 21. n. 13. Capon. d. l. 1. q. 3. n. 20.

6 In quorum conroborationem faciunt, quæ dicunt aliqui, patri ſcilicèt mulieris nec etiam competere prælationis priuilegium, at ſi filia esset viua, quia pater poteſt agere in utilitatem illius, ſiue quia poſſet dotem pro ſecundis nuptijs reſeruare, tũc priuilegium etiam prælationis habebit, & ità intelligitur Bald. in l. vnic. §. ſed ve plenius. & rei vxor. act. cum quo tranſeunt hic Io. Fab. Angel. & Nicol. de Neapol. Iaſ. nu. 138. Gomeſ. propè fin. Oinot. num. 71.

Rerum Summa.

1 *Prælationis priuilegium non transmittitur ad heredes extraneos, ſecus ad filios.*

2 *Tex. in l. aſſiduis. 12. §. exceptis. C. qui potior. in pign. nouisſimè dilucidatur.*

3 *Prælationis priuilegium non eſt merè perſonale, ſed mulieri conceſſum propter dotem.*

5 *Prælationis priuilegium qua ratione principali ſit conceſſum mulieri?*

5 *Mulier ſterilis habet prælationis priuilegium.*

6 *Tex. in l. fin. C. de priuil. dot. loquitur de herede extraneo.*

7 *Prælationis priuilegium conceditur filijs eiuſdem matrimonij non alterius.*

QVÆSTIO VNICA.

Vtrum Prælationis priuilegium tranſeat ad heredes mulieris?

MAtris nobilitas in filios tranſmittitur, cum

cum descendentes ex fœminis de sanguine dicantur, *l. 2. ff. undè cognat. Francis. de Petr. fastin. lection. lib. 1. cap. 7. num. 23.* & cecinit noster conciuis Statius Syl. 4.

Sed quidquid patris cessatum est sanguine, mater
Reddidit, obscurosque latus clarescere vidit,

1 Ex quibus concluditur maternæ prælationis priuilegiũ haud ad hæredes extraneos transmitti, sed tantum ad filios, ità *gl. in l. 1. C. de priuileg. dot. Bald. Nouell. in l. 1. ff. solut. matrim. num. 215. & Barbos. part. 6. nu. 14. Rip. in l. 2. §. fin. n. 18. ff. de priuileg. credit. Negusãt. de pign. par. 2. memb. 4. sub nu. 94. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 26. num. 36. Fachin. controu. lib. 10. cap. 34.* ità decisum in Rot. Rom. dicit *Merlin.* qui alios ref. *de pign. lib. 3. q. 47. n. 23. Thes. iun. quæst. forens. lib. 1. q. 5. nu. 5.*

2 Quæ distinctio probatur primò ex *tex. in l. assiduis. 12. §. exceptis. C. qui potior. in pign.* ibi, *exceptis videlicèt contrà nouercas anterioris matrimonij filijs, quibus pro dote matris suæ iam quidem dedimus hypothecam cõtrà paternas res, vel eius creditores, in præsenti autem similem eis prærogatiuam seruamus.*

Verum qui aduersas fouere nituntur partes, aiunt primò, quod filij in *d. §. exceptis* excipiuntur, vt habeãt tacitam hypothecam, non autem priuilegium prælationis.

Secundò, quod mens Imperatoris in *d. §.* non fuit, vt filij anterioribus præferantur, sed tantum nouercæ, quæ est posterior.

Respondetur tamen ad primum, verbum illud, *prærogatiuam*, debere intelligi de prælatione, non autem de hypotheca, nàm si prærogatiua priuilegium denotát, vt in iuris diction. in quo nã essent priuilegiati filij, si dũtaxat hypothecam haberẽt, dum etiam hypotheca ex-

traneo conceditur, vt in *d. l. assiduis*. & dix. sup. Item filij exequantur matri, vt in ead. §. *exceptis*. ibi, *sed sic maneat eis ius incorruptum, quasi adhuc viuente matre eorum*, igitur sicuti mater prelationis priuilegium habet, ità & filij.

Respondetur ad secundū, quod in eo *tex.* quamplura resoluuntur dubia, & quia primum inter cætera erat, num filij agentes ad dotem matris anterioris præferri debeant nouercæ, concluditur præferri, ac temporis prærogatiuā seruari, ad hoc vt inter duos priuilegiatos iuris communis regulæ seruentur, alterum erat, numquid filij preferendi forent contrà paternas res cæteris creditoribus patris, & concluditur etiam præferri cum simili prærogatiua matris, ibi, *contrà paternas res, vel eius creditores in præsenti autem similem prerogatiuam eis seruamus*; Insuper si filij præferuntur nouercę, quę nouerca prefertur creditoribus, tantò magis filij prefe-runtur creditoribus ex *reg. tex. in l. de accessionibus. 14. ff. de diuers. & temporalib. praescriptionib.*

Secundò probatur nostra distinctio ex *tex. in §. neque enim auth. vt exaction. instant. dot.* ibi, *neque enim id priuilegij alijs vel hæredibus, vel creditoribus aut iam dedimus, aut adhuc damus, præterquam solis filijs.*

Reliquum tamen erit argumentis pro altera sententia adductis satisfacere secundum *Anton. Fabr. coniectur. lib. 8. cap. 13.* Et pri-
3 mò dicunt aduersarij, quod priuilegia personalia non transgrediuntur personam eorum, quibus cōcessa sunt. *l. quia tale. 14. ff. solut. matr.* sed hoc priuilegium prælationis est personale, vt patet ex §. *nostro*, ibi, *cuius solius prouidentia hoc induximus*, ergò non transgreditur personam mulieris, nec transit ad filios.

Re-

Respondetur disting. maior. priuilegia personalia id est merè, & simpliciter personalia, conced. priuilegia personalia cōcessa propter causam, & neg. hinc priuilegium immunitatis concessę patri non transmittitur ad liberos ex *l. 5. §. immunitati. ff. de iure immunit.* quia illud est priuilegium merè personale, at priuilegiū hoc prelationis non est tale, si quidem concessum fuit mulieri propter dotem, igitur transmitti poterit.

Vlterius concessa simpliciter maiore, respōdetur disting. min. prelationis priuilegium est personale respectu extranei, conced. respectu filij, & neg. ità concluditur in eo priuilegio, nè maritus teneatur pro dote, nisi in quantum facere potest, quod personale est, *l. maritum. 13. cum l. seq. ff. solut. matrim.* & tamen ad filios extēditur, *l. etiam 19. ff. eit. tit.*

Quę responsiones confirmātur, nàm filij dicuntur esse pars viscerum matris, *l. 1. §. ex hoc. ff. de ventr. inspiciend.* & in ijs dicitur mater superuiuere, *d. §. exceptis*, nec officit *tex. noster.* ibi, *solius*, si quidem non propterea sunt exclusi filij propter illam dictionem solius, nàm in *l. ob as. 12. ff. de prad. min.* ponitur similis dictio taxatiua, dum ob ęs alienum tantum permittitur alienatio prædij minoris pręcedēte decreto, & tamen etiam propter dotem, donationem propter nupt. & pro iudicio sisti permittitur, *l. lex qua tutores. 22. l. fin. §. defensionem. C. de administrat. & peric. tutor.*

4 Secundò potest argui in contrarium, quia prelationis causa cessante & ipsa prelatio cessare debebit vulgat. iurib. sed prelationis causa est partus periculum, obsequium mulieris, & liberorum procreatio, *d. l. assiduis.* quę ratio cessat in filijs: ergò prelatio cessare debebit.

Respondetur principalem

prælationis rationem fuisse ipsam liberorum procreationem, & educationem, cum mater dotem habere debeat propter alimoniam, vt in ead. *l. assiduis. oportebat enim disponi maritos creditoribus suis ex sua substantia satisfacere, non de dote mulieris, quam ad suos victus, suasq; alimonias mulier possidet*, & indè filium alere debeat, *l. si quis. 5. §. ergò. ff. de de liber. agnosc.* immò si mulier propter filios est priuilegiata, igitur tantò magis ipsi filij priuilegiati erunt, propter quod enim vnumquodq; tale, & illud magis *auth. multòmagis. C. de Sacros. Eccles.* Insuper cessante causa cessat prælatio, quando causa est finalis, & conced. quādo est impulsiua, proùt in quæstione nostra, & neg.

Nec obijcias mulierem sterilem habere hoc priuilegium, vt patet ex ead. *l. assiduis.* ibi, *& siuè liberos habeat mulier, siuè ab inicio non habuit*, igitur non consideratur liberorum procreatio; quia prædicta liberorū causa fundata est in potentia, quam vniuersę mulieres habent à natura eosdem procreandi, nec illa vniuersa ratio veniet destruenda per actualem alicuius mulieris sterilitatem.

6 Tertiò alijs omissis stringebat in contrarium *tex. in l. vnic. C. de priuileg. dot.* vbi priuilegium concessum mulieri pro dote non dicitur ad hæredem transire: ergò nec ad filios.

Respondetur disting. anteced. non dicitur transire, ad hæredem extraneum, & conced. ad hæredem suum, & neg. conuenit enim quod dum mulieri fauent iura ex causa filiorum procreandorum, sit quoque liberis ipsis idem priuilegium commune. *Mart. in l. 1. q. 3. num. 13. ff. solut. matrim.*

7 Aduertendo, quod hoc priuilegium prælationis cōcessum filijs debet intelligi concessum illis filijs, qui

sunt

ſunt eiuſdem, non autem vlterioris matrimonij, idque congrua ratione, quia cum huiuſmodi priuilegium conceſſum fuerit contrà iuris regulas, debet reſtringi, vt locum habeat ad commodum eorum filiorum, qui ex eo matrimonio naſcuntur, & pro quibus dos datur marito. *Bart. in l. ſi cum procuratore. num. 3. ff. de re iudic.* Bald. *Nouell. de dot. par. 10. limitat. 5. num. 26. Neguſant. de pignorib. part. 2. membr. 4. num. 95. Mart. d. q. 3. num. 35.* alios ref. *Merlin. de pignorib. lib. 3. tit. 2. q. 46. num. 32.*

INDEX

INDEX.
RERVM OMNIVM,
QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

ma-

Cc

rat

Hære-

Non

Tene-

non

FINIS.